F. PAVLI MINERVAE BARENSIS

ORDINIS PRAEDICATORVM LECTORIS THEOLOGI.

DE NEOMENIIS SALOMONIS PERPETVIS,

Liber Posterior.

VBI AGITVR DE NVMERIS ANNVIS, Quibus Ecclesia vtitur, de Sancto Paschate, de causa correctionis Calendarij; atque ad Romanum Pontificem tanquam omnium caput spectare, annum corrigere demonstratur.





VICI EQVENSIS,

Apud Io. Iacobum Carlinum, & Antonium Pacem.

M. D. XCIX.



FR. PAVLI MINERVAE BARENSIS ORDINIS PRÆDICATORVM LECTORIS THEOLOGI,

In secundum Neomeniarum Salomonis Librum.

Ad Christianum candidumq. Lectorem.

PRAEFATIO.



REDIMVS iam circa Salomonis neomenias in primo libro traditas si non omnino, saltem ex parte, candido Lectori satisfecisse. Nunc verò & illis addidimus rationem calendarij Gregoriani: quod etiam sub secundi libri nomine manifestari placuit; vbi cernet annorum numeros perpolitos, à vetustate detractos, & noue rationi Calendarij congruos: videbitque causam correctionis anni, variam ipsius anni quantitatem iuxta multiplices, illustrium virorum opiniones: Sancti Paschatis rationem, multa deniq; ad id, scitu dignissima. At video bonum interpretem omnia è regione interpretari solitum, dicere: Quæ nam necessitas fuit, vt secundus liber primò annecteretur? Quæ enim conuentio Calendarij Gregoriani ad neomenias Salomonis, & neomeniarum Salomonis ad

Calendarium Gregorianum? Multum adinuicem distant, & longè quidem. Rursus puerilia sunt, imò muliebria, quæ adducuntur. Res etenim parui momenti, & nullius vtilitatis sunt aureus numerus, cyclus Solaris, Epacta, Indictio: literæ Dominicales, & concurrentes. Sed cur de anni correctione, de Sancto Paschate, & cæteris huiusmodi hic tractandum erat? Scire vultis quid sentiam, multa hic tractantur, quæ minimè tractanda erant: multa hic adducuntur quæ neutiquàm adducenda erant; sed auctor illa adduxit, vt multiplex cartarum congeries ita in maximam redundaret: quo volumen maius solito appareret. Age, mirabar si calumniæ adhuc occultarentur. Verum quum omnibus debitores simus iuxta Pauli Apostoli præceptum, sapientibus & sciolis, quorumcumque obiectionibus satisfaciendum est, quamuis exiles liuoreq; plenæ. Si necessitatem quæris cur primo libro secundus annexus fuerit, ingenuè fateor nullam necessitatem fuisse: si in necessitatis rigore persistere velimus: si autem in quadam illius congruentias dico necessum fuisse, vt secundus liber primo insereretur multis de causis. Et prima quidem, cū in decennouenali cyclo tota neomeniarū ratio stabiliatur: non quod cyclo decennouēnali neomenias adinuenire nūc necessum est; sed quia totidē literis, quot numeri in cycli lunaris, seu decennouennalis (quem nos aureum appellamus numerum) cognitione requiruntur, inuestigantur, cur non erit conuentio Calendarij Gregoriani, cuius principium ab aureo numero sumitur, ad Salomonis neomenias: quæ aureo quoque reperiebantur numero, & neomeniarum Salomonis ad ipsum? Secunda verò: Nescis ò censor aureum numerum duplicem ob causam inuentum fuisse: scilicet vt 19. anni solares 19. annis lunaribus debito ordine dispositis cum suis septem embolismis

lismis

lis mis coequarentur, & ad reperienda nouilunia, initiumq; primi mensis lunaris: quem Hebræi ob paschalem sollemnitatem primum faciunt? Igitur cum præcipua calendarij pars in his consistat: nouiluniaq; idem prorsus extent, quòd & Neomeniæ, cur aliqua non erit inter vtrasq; conuenientia? Additur & tertia causa, nempe clarum est epactis neomenias adinueniri posse, sicuti de facto reperiuntur: Hæq; cum ad Calendarium pertineant, quis proportionem adinuicem non esse fatebitur? Verum & vltima ratio non prætermittenda ea esse videtur: quòd cum paschalis sollemnitatis obseruatio ex duobus pendeat principijs, Æquinoctio nempe verno, & nouilunio illi proximo: quorum vtrumq; cum ob fractiones quasdam temporis, quæ longis annorum interuallis errorem pariunt notabilem à sede sua defluxerit: proculdubio conuenientia erit inter Salomonis neomenias, & Calendariũ Gregorianum; quod præter Æquinoctium vernum, nouã quamlibet lunam singulasq; neomenias per aureum numerum certo die designatas considerat. His de causis non tam longè quam putas adinuicem distant. Quòd verò subdis puerilem esse, & muliebrem annuorum numerorum cognitionem, tractationemque: nil aliud dicam, nisi ita esse puerilem, quòd ab Ecclesia obseruatur. Quare si puerilia ipsa considerat, vel muliebria, eadem & nos adducimus. Verum quis tam proteruè fatebitur sanctam Dei Ecclesiam puerilia inspicere, muliebria tradere, viliaq; obseruare? latet ne talia promentem, his Ecclesiam vti pro sancto paschate rectè celebrando? Horum igitur obseruantiam, nec puerilem esse, nec muliebrem, sed grauissimam fatendum est. Nec minus oscitans dices, huiusmodi considerationem parui momenti, & nullius vtilitatis: Cum viua sanctorum Doctorum vox clamet horum

neces-

necessitatem, ne dum vtilitatem: quos, si videre cupis: vade, vide, & lege suis in locis: Non enim omnia hic referre necessum est. Illud autem additum, non esse hic tractandum de anni recogniti ratione, de sancto paschate, & cæteris huiusmodi, dicam te, vel non intelligere, vel nolle, intelligere. Calendarium etenim Romanum ex annuis numeris constitui manifestum est: idq; ob causam toties dictam, & multoties quoque repetendam, scilicet ob rectam sancti Paschatis festiuitatem: quæ cum vt iam dictum est, ab Aequinoctio pendeat verno, & nouilunio illi propinquo: idque quinque diebus aureum numerum iam antea certo die designatum præueniat; Necessum erat hic, vbi de annuis agebatur numeris, de anni quoque correctione tractari: Cum neque 19. anni lunares cum suis septem embolismis 19. annos solares constituant, neque medius Lunæ motus sit præcisè viginti nouem dierum & semis, & quadraginta quatuor minutorũ: & hæc est vna ratio quod annus corrigẽdus erat. Sed est altera quoque, de Aequinoctij scilicet verni antecessione: Quod decẽ diebus, & paulo amplius, à die à patribus assignato determinatoq; recessisse videtur. Idq; ex eo puenire manifestũ est, quòd Sol haud in diebus trecentũ sexaginta quinque, & horis sex: verũ breuiori tempore suũ perficit motum. Ex quo fit, vt ex singulis quatuor annis dies ille intercalaris, qui intercalandus est, minimè præcisè resultare possit: cum Maiores sint cœlestibus. Vnde ex fractionibus minutijsq; in anno solito exuperantibus accidit, vt super centum, & triginta quatuor annos solares, singulis centum & septuaginta quatuor annis pariter solaribus integer dies emergeret: ob quam causam & Aequinoctium antecessit. Vnde & ab Ecclesia sæpe sanctum Pascha mense secundo contra cum diuinas, tum humanas sanctio nes

ctiones celebrari, sequebatur. Quapropter necessum erat annum corrigere, eiusque correctionem in calendario reponere: in quo & de sancto Paschate, & cæteris ad id spectantibus agi par erat. Sed suis in locis hæc omnia exactiora habebis. Ideo hoc in secundo libro non adducta sunt multa, quæ non adducenda erant: nec tractata sunt aliqua, quæ minimè tractanda erant: sed illamet quæ ad calendarium Romanum (anni recogniti gratia) pertinere videbantur: illa inquam tradita perspicis. Quare nec maledictis inuehi, nec censura ob incompactam secundi libri ad primum conglutinationem, auctorem notare debebas: nec iudicare ob foliorum multitudinem, quò liber in maiorem resultaret quantitatem, id factum esse. Primum enim falsum est, secundum temeritas. Sed contentiosis suas relinquamus contentiones candide lector. Tui muneris enim esse scio omnia in meliorem interpretari partem: illaq; defendere, quæ bono animo ædita esse cognoscis. Quare & mihi persuasum habeo ob cordis tui puritatem, & maximum animi tui candorem, qui non ad maledicta pronus est, sed ad benedictiones, & laudes, te bene interpretaturum, optimæq; defensurum labores hosce meos (quicunque sint illi) qui ad aliorum dumtaxat vtilitatem confecti sunt; Iuuandi quidem gratia, explicandæ quoque veritatis, quantum ingenij mei exiguitas patitur: non inanis gloriæ causa, nec auræ popularis fama motus: cum hæc pereat, illa verò succumbat: nec etiam alienos illustres labores destruendi, vt pleriq; agunt: qui, vt sui perseuerent, nominisq; æternitatem accipiant, contra alios oblatrant; verum amore, & flagranti desiderio, quibus cor ardet in eorum obsequium: qui verè virtutes diligunt. Quapropter si aliquid emerserit boni, à Deo (vt par est) luminum patre nostrum

obum-

obumbrante intellectum descendere: maximè est consentaneum. Sin minus, à nostri intellectus imbecillitate, quæ quidem omnibus communis est; nemo enim in hoc magister esse potest, neque alium docere: Omnes namque deficimus. His ergo ducibus, audacter negotium aggredior, confidenter pergo: libentius autem digrediar. Bene igitur vale.





F. PAVLI MINERVAE BARENSIS

ORDINIS PRAEDICATORVM LECTORIS THEOLOGI.

DE NEOMENIIS SALOMONIS PERPETVIS.

LIBER SECVNDVS,



De numerorum annuorum necessitate. *Cap. I.*



MENSTRVIS Lunæ nouitatibus in superiori libro iam explicatis, rem sanè vtilem, & necessariam nobis videbamur facturi, si cóputi rationem: Cycli scilicet Lunaris, Epactæ, Cycli Solaris, literarum Dominicaliũ, indictionis &c. hic attexeremus. Nam cum hæ ob paschatis celebrationem ab Ecclesia obseruentur, illud verò nouiluniis indagetur: merito nouiluniis traditis, horum doctrina exploranda est; Non quod Salomonis Neomeniis (vt olim apud Hebræos obseruabatur) indagãdum sit sanctum pascha: sed cum id Cyclo nouiluniorum epactali duce inueniatur, congruum erat post Neomeniarum explicationem horum regulam tradere, & eò magis, cum ecclesiasticis valde sit necessarium. Vnde Augustinus Sanctæ Ecclesiæ Doctor cótra Sacerdotes computi inscios

Computus cur ab Ecclesia obseruatur.

D. Augustin.

Sacerdoti necessaria est cōputi cognitio.

inſcios (vt habetur diſtin.38.) ſic inuehit. Vix ſacerdotis nomen in eis conſtabit, qui computum, hoc eſt anni numeros ignorauerint. Et meritò, ſi enim ſcripturas deprehēderimus, ſi legerimus antiqua Eccleſiæ ſtatuta, conciliaq; ſi noua: ſemper huiuſmodi cognitio pluris æſtimata eſt. Id ex œcumenica, ſanctaq; Nicæna Synodo fit manifeſtū; in qua cœleſtium rerum peritiſſimi ex diuerſis mūdi partibus ibidem conuocati: ſanctorum commiſſione patrum, & conſenſu; ad rectam paſchatis celebrationem numeros ordinarunt, computum inſtituerunt, ac poſteritati obſeruandum tranſmiſerunt. Ob id Cyclum paſchalem diuerſos condidiſſe ſcribitur. Et primum, fuiſſe Hippolytum Epiſcopum tempore Alexandri Imperatoris, inquit Iſidorus Hiſpalenſis Epiſcopus. Deinde Euſebium Ceſarienſem: Theophilum Alexandriæ Vrbis Epiſcopum, alios condidiſſe; Proſperum quoq; Aquitanum alium. Sed Victorinus, ſeu Victorius, & hic Aquitanus; Aſtronomus excellens (vt autor eſt Marcus Antonius Sabellius libro ſecundo octauæ Eneadis) à Pontifice Hilario inuitatus, vt rationem celebrandi Paſchatis iuxta Lunæ curſum inſtitueret: Cyclum Paſchalē exactiſſima calculatione ad Lunæ motum compoſuit, atq; vſq; ad annum quingenteſimum triceſimum ſecundum extendit: ita vt à quingenteſimo triceſimo tertio anno, ad eiuſdem menſis initium diei, & Lunæ redeundum fuerit: quibus primitus anno paſſionis, & reſurrectionis dominicæ, primò ſolemnitas Paſchalis celebrata eſt. Sed beatus Cyrillus quemdam per nonaginta quinque annos, per quinquies decennouies, quoto calendas, vel quota Luna debeat Paſchalis ſolemnitas celebrari: ſūmma breuitate notauit. Verum eā fuit huiuſce rei neceſſaria cognitio, quod beato atq; Sanctiſſimo viro Hermeti (vt refert Beda, quinimo pleriq; viri & ſanctitate, & doctrina inſignes) reuelatum fuerit, & ab Angelo edoctum calendarij rationem, & modum inueniendi Paſchatis feſtum per anni numeros & computi notitiam, cuius hiſtoriam & nos inferius quoque, vtcumq; ſumus digreſſi. Quam illuſtre etiam nūc proſequitur Nicolaus Antonius Dentices Patricius Neapolitanus ex Garganicis proceribus iuris conſultiſſimus, & omnium rerum peritia valde ornatus, in ſua Hiſtoria Angelorum, quantocius edenda, libro tertio: vbi oſtendens cuncta ferè per Angelos operari (ſic iubente Deo) rationem quoq; inueniendi Paſchatis, celebrationemq; eiuſdem, Hermam, qui paſtor inſcribitur, Pauli Apoſtoli diſcipulum ab Angelo edoctum, digreditur: quem Pium quoq; primum Pontificem maximum edocuiſſe, fatetur; vtq; in Eccleſia promulgaret, demonſtrat. Sed an liber, qui paſtor inſcribitur, ſit Apocriphus nec ne, in de libro apocripho libro 3. ſcripſimus. At quid opus eſt tam vetera conſectari? ſunt etiā & recentiora exempla. Nam, nulla alia de cauſa, hodiernis temporibus anni correctio, opere

Aſtrologi tēpore Nicænæ Synodi ex cōmiſſione patrum computum ordinarunt.

Cycli paſchalis diuerſi autores.

Marcus Antonius Sabellicus.

Cyclus paſchalis Victorij.

Cyclus paſchalis Cyrilli.

Hermes ab Angelo edoctus modum inueniēdi ſancti paſchatis feſtum.

Nicolaus Antonius Dentices.

Annus recognitus propter quid.

opere diligentia, ac Sanctissimi Domini nostri Gregorij XIII. Pontificis Maximi mādato accidit: nisi ob rectam Paschatis celebrationem. Item annorum numeri æquati sunt,& sub præcepto nunc obseruandi: propter rectam festorum mobilium obseruationem. Totius deniq; computi expurgatio, additio, duratio, æquatio: non nisi, vt resurrectionis dies,cęterorumq; festorum mobilium ritè,canonicèq; vbiq; terrarum celebrarentur. Necessum igitur est, vt mensium curricula dispütes, vt anni spatium redeuntis per numeros agnoscas: vt deniq; luminarium motus per menses, & annos inuestiges: sic enim computi ratio tibi haud obsopescet. Est enim computus scientia certificandi tempus, secūdum Solis & Lunæ progressum. Sic definit Guglielmus Durantes Episcopus Mimatensis in suo rationali Diuinorū officiorum lib.8.c.1. Seu si de vulgari sermo erit:diffinitur pro scientia distinguente tempus certa ratione.Nec credas me tibi persuadere velle, vt luminarium motus, ac vices, ea inquiras ratione,qua cęlestium rerum doctissimi ad vnguem (vt dicunt) obseruant: longe est à me huiusmodi intentio; sed modum, quo ad festa mobilia indaganda, ecclesia vtitur: quemq́, omnibus præcipit obseruandū, tibi persuadeas velim. Nam & eo loci idem Durandus aliam computi definitionem adducit: esse scilicet scientiam temporis discretiuam iuxta Ecclesiæ vsum.

Numeri annui cur æquati.

Computi definitio.

Gulielmus Durantes Episcopus Mimatensis.

Alia computi definitio.

De Cyclo decenouennali, seu aureo numero, & lunari. *Cap. II.*



EQVIDEM, inter cæteros anni numeros, à Cyclo lunari, seu decenouennali, quem nos aureum numerum dicimus, exordiri iudicamus. Quandoquidem exaratis his, quæ Neomeniarum cognitioni profuisse visa fuerant: reliquum erat,vt lunæ Cyclus explicaretur; cùm super illum tanquam fundamentum & basim, tota Neomeniarū vis fundata esset. His enim de causis,ex decem & nouem literis Neomeniarum tabulam cōstare tetigimus: quia decem & nouem annis, Solis motione perfectis, circulum suum Lunam peruagari, proditū est. Hinc fit, quod Lunæ Cyclus, decenouennalis appellatur, nempè decem & nouem annorum cōuersio, ab vno vsq; ad decem & nouem inclusiuè. Hinc oritur post decem & nouem annos, nouilunia omnia ad easdem redire sedes, quamuis non præcisè.Et de Neomeniis loquendo, ad alias relatè supputationes: non longe à calculo dissentiunt astronomico. Quamobrem quod Salomon Rex sapientissimus ad posteros transmisit; id ad Lunæ coitum perpetuò inuestigandum sufficiet. Verum si sublimius speculari licuerit, Cyclum lunarem decem & nouem annis solaribus compleri dicemus: quia hoc tempore, ca-

Neomeniarū tabula cur decem, & nouē literis cōstructa.

Lunę Cycl. cur decenouennalis.

pitis Draconis motus, & caudæ: quo rursus omnis ferè motus lunaris inæqualitas adæquatur; mensuratur. Circulo enim hos nodos vehenti (intersectiones eclipticas alias, appellatas) tribuitur motus primi orbis ab ortu, occasum versus: naturali, & proprio planetarum motui contrarius: ita tardus, vt singulis diebus, non amplius tribus primis scrupulis promoueantur: cum vndecim secundis scrupulis. Nam si ex motu diurno Lunæ in latitudinem, subduxeris motum Lunæ in longitudinem: emerget motus capitis diurnus medius contra signorum ordinem. Motus quidem Lunæ diurnus in latitudinem (qui fit cum euagatur Luna ab ecliptica per nodum ἀναβιβάζοντα καὶ καταβιβάζοντα) est grad. 13. scrup. prim. 13. sec. 46. Motus verò in longitudinem est, grad. 13. scrup. prim. 10. secund. 35. Ergo diurnus motus capitis contra signorum ordinem erit grad. 0. scrup. prim. 3. secund. 11. Qui motus ideo cognitus est, quia non in qualibet luminarium coniunctione oppositioneque eclipses fiunt: easque semper sub ecliptica, vel propè coniungere, animaduersum est; sole eamdem recto semper incessu permeante, atq; ex cognitu mutationis locorũ eclipsium in præcedentia, sectiones deferentis, & eclipticè per alia, atque alia zodiaci loca moueri contra signorum ordinem: diuersisque in locis ab illis secari eclipticam, maximè est cõsentaneum. Qua de re signiferum in annis decem & nouem ferè in præcedentia percurrunt: aut iuxta Neotericorum obseruationem annorum spatio decem & octo dierum 226. horarum 7. seu dierum 224. horarum 8. fere. Ob id haud singulis decem & nouem annis eundem motum lunaris Cyclus semper obseruabit. Nam nouilunia omnia, nec præcisè ad easdem regredi sedes post decem & nouem annos deprehensum est; ob capitis motum, haud decimum nonum complentis annum, sed deficit; vt solari æquetur: in diebus 139. aut paulò minus; & hæc est vna ratio mutationis aurei numeri in præcedentia. (Quamuis iuxta nonnullorum sententiam, post illud temporis interuallum, eclipses in iisdem locis zodiaci: vbi prius conspectæ sunt, iterum fieri posse, arbitratur, sed vtrobique non eadem erit habitudo). Vocitatur quoque aureus numerus, quoniam Athenis, cæterisque Graciæ vrbibus, literis aureis inscriptus reperiebatur: sic quidam docuerunt. Verumtamen res sit quomodolibet, huiusmodi numerum ideo aureum appellatum, etiam ibidem aureis literis exculptum credimus: quia hoc duce, hominum mentes ab immensis liberatæ sunt angustijs; cum in lunationibus inuestigandis, vltro, citroque progredientes, hoc ignoto, & ratio cæca, & mentes ineruditæ semper præcesserint. Fuit igitur huiusmodi numerus, aurei appellatione dignus: Quoniam res nobis vtiles, ac necessariæ, atq; admodum charæ, quemadmodum aureas vocare solemus; ita numerus huiusmodi decenouennalis ob vtilitatem, necessitatemq;

Motus intersectionum eclipticarum.

Capitis draconis motus quomodo elicitur.

Lunæ motus in latitudinẽ & longitudinem.

Motus capitis contra signorum ordinem quomodo cognitus.

Intersectiones eclipticæ quot annis motũ perficiunt.

Motus capitis defectus i annis 19. ab anno solari.

Cyclus lunaris cur aureus vocitatur numerus.

tatemq; maximam aureus nuncupatus est. Alij verò aureum dictum putant: cum inter cæteros Astrologiæ professionis numeros hic sit perfectior. Vocatur igitur Cyclus lunaris, quia suum Cyclum luna circuit; Appellatur decenouennalis, cum decem & nouem annorum solarium intercapedine expleatur; Dicitur postremo aureus numerus, & emolumenti causa, & necessitatis: quæ singulis amabilia sunt; propterea quod, mortalium mentes ita illustrauit: vt ad cœlestium cognitionem facile esset iter. Hanc ob causam in rei memoriam aureis literis Athenis inscribebatur. Diligenter tamen animaduertendum est, Cyclum lunarem, aureumq; numerum seu decenouennalem Cyclum non esse idem: quamuis idem ostendant, nempè numerum decimum nonum (Aureus enim numerus decem & nouem complectur annis, Cyclus lunaris tantundem) sed diuersitas est, quod hic Hæbreorum est, ille Alexandrinorum à Concilio Nicæno ad reperiendũ Pascha institutus. Rursus Cyclus lunaris haud eo incipit anno, quo aureus numerus: sed anno ipsius quarto. Itaque quando aureus numerus fuerit quartus Cyclus lunaris erit primus, & ita vsque ad decem & nouem inclusiuè. Huncque non alium ad lunæ incensiones inueniendos: Iudæi obseruant. Vide tabulam (vt ferunt) Gamalielis hebræi perpetuam de modo inueniendi Pascha Hebræorum. Vide etiam Rabbanum in libello suo de Cyclis cap. 79. Vnde manifestum est aureum numerum, non lunarem: sed decenouennalem Cyclum esse.

Aliorum opinio de aurei numeri vocitatione.

Aureus numer', cyclus lunaris, & decennouennalis non sunt idem.

Lunaris cyclus quo anno aurei numeri incipit.

Gamaliel.

Rabbanus.

De Cycli decenouennalis, seu aurei numeri, & lunaris auctore.
Cap. III.


ERVM quis eius Auctor fuerit, tanta est scriptorum varietas, atque dissentio, vt Cycli origo à quo fuerit, ambigua videatur, & eius varietatem pertæsus, aliud quàm ceptum prosequi decreueram. Nihilosecius, cum ad rem huiusmodi consideratio spectet; primo aliquorum opiniones referemus, deinde propriam. Ioannes Lucidus Samosatheus de vero die passionis Christi cap. quinto, docet Cyclum lunarem decenouennalem Alexandrinos adinuenisse, ad reperienda scilicet nouilunia. Idem videtur sentire Paulus Episcopus Forosempronienſis libro 6. de Die passionis Christi in Epistola secunda quam scribit Petro de Riuo. Ioannes verò Genesius Sepulueda in Epistola quam de ratione anni, Gaspari Cardinali Contareno scribet, habet hæc verba. Conuenientius visum est Cæsari, à noua Luna Ianuarium mensem inchoari, saltem eo anno vnde decem & nouem annorum circuli ab ipso traditi principium summendum ac repetendum

Io. Lucidi opinio de auctore cycli lunaris decenouennalis.

Opinio Epi Forosempronienſis.

Petr' d Riuo.

Sepulueda sententia de auctore cycli decenouennalis.

dum erat. Quod si ob huiusmodi verba Cæsarem decem & nouem annorum circulos inuenisse intelligendum est; magnum inter auctores erit discrimen. Huic sententiæ hærere videtur Ioannes Stoflerinus in suo calendario propositione trigesima quarta literis. H.H. vbi fatetur sibi in Gallia degenti, oblatum fuisse librum vetustissimum à Philippo de Vuinsperg viro nobili, In quo offendit comentaria in Cyclum Cæsaris. Sed nec ob id Cyclum, Cæsarem adinuenisse, meo quidem iudicio fatendum est, vi verborum, Cæsaris Cyclum: sed potius ab Alexandrinis habuisse, à quibus & anni quantitatem didicerat (vt Auctor est etiam Ioannes Lucidus in de emendatione Calendarij cap. 1.) fidem rei adhibet idem Lucidus in opusculo de vero die passionis Christi capite supra citato. Vbi inquit, Cæsarem, adnitente Marco Flauio Scriba (vt Macrobio placet) & sosigene Astrologiæ peritissimo adhibito, (vt Plinius quoque affirmat) Cyclum lunarem decenouennalem conscripsisse anno suo solari. Ex quibus verbis Cæsarem huius Cycli authorem, minimè potest elici. Cæterum cum lunaris Cyclus à decenouennali, & aureo differat numero: de lunari (ne vocabula confundere videamur) seorsum à decenouennali agédum est. De lunari igitur Petrus de Riuo Theologus Louaniensis in Opusculo suo de die passionis Christi à Dauide rege fuisse institutum docet: adducens testimonium Ecclesiastici 47. dedit in celebrationibus decus, & ornauit tempora &c. Sic testatur Episcopus Forosempronienlsis in sua Paulina. Reprehenditur tamen ab eodem, cum opinetur etiam Abraham primum inter omnes hunc Cyclum lunarem Aegiptios docuisse: ex Iosepho assumens testimonium, cũ eos Arithmeticam docuerit, & Astrologiam. Priusquam enim in Aegyptũ descendisset, ab Aegyptijs hæc penitus ignorabantur. Reprehenditur rursus ibidem cum dicat Herodem Ascalonitam Romam veniẽtem, Romanos docuisse Cyclum lunarem. E contra idem Episcopus ab Elcazzaro legisperito, hunc Cyclum institutum affirmat, Hebræis sui temporis testibus. Guglielmus verò Durandus in suo rationali diuinorum officiorum lib. 8. cap. vndecimo, Cęsarem aureum inuenisse numerum scribit, & capite quintodecimo decenouennalem Romanos Authores docet. Eodem tamen capite, Cyclum lunarem (quo sciretur hora incensionis lunæ) Romanos etiam Authores scribit: confundere igitur vtriusque Cycli nomina videtur. Nostra verò sententia est Cyclum lunarem ab Hebræis traditum esse etiam ante Elcazzarũ. Id nobis persuadet Hebræos hunc maximè obseruare, teste lucido in de emendatione temporum in explicatione tabulæ Gamalielis Hebræi: Teste etiam eodem Episcopo in esplicatione eiusdem tabulæ; cum menses obseruent lunares, ipsorumque principia à lunæ incensionibus sumant, annosq; à lunæ progressu: atq; Cyclum hunc imitari,

Io. Stoflerini placitum de auctore cycli decenouẽnalis.

Opinio propria de auctore cycli decenouennalis.

Macrobius. Plinius.

Petri de Riuo placitũ de cycli lunaris auctore.

Epi Forosempronĩẽsis opinio de institutore cycli lunaris.

Auctores aurei numeri, & cycli decenouẽnalis, & lunaris iuxta Durandum.

Propria opinio de auctore cycli lunaris.

tari,nec hiſce ſolum temporibus, ſed Moſis; Imo Noæ, Doctores in explicatione capitum Geneſeos ſeptimi, & octaui teſtãtur hunc Cyclum in vſum fuiſſe. Quod ſi ab Alexandrinis Cyclum Hebræos cæpiſſe perſiſterint,vel à quibuſuè nationibus: non ſic noſtram tuemur ſententiam, quin ſtatim alienæ ſimus conceſſuri (modo vel rationes adducant, vel Authores aliquos citent graues) De decenouennali vero, ab Alexandrinis originem habuiſſe: apud omnes manifeſtum eſt; à quorum calendario excerpſit Cæſar: & ſuo, qui eſt latinorum: inſeruit. Scimus tamen nonnullos,haud infimi ordinis viros,aſſerere Methonem Atticum Cycli huius auctorem: verum ante Methonis tempora Cyclum fuiſſe ex hiſtorijs cõſtat. Quod autem in meliorem formam redegerit,exprexerit,dilucidaueritque: id quidem concedi prorſus poteſt; non autem quod inuentor ſimpliciter fuerit. Quemadmodum (vt exemplis in hac re vtamur) annum noſtrum Cæſaris Augusti indagine repertum eſſe, pleriq; id aſſeuerare videntur: nihilominus tamen,alij viri doctiſſimi, Thaletem ſcribunt (vt inferius quoq; dicemus)in 365.dies cum intercalationem annum diſtinxiſſe; conſtat autem Thaletem multis floruiſſe ſæculis ante Cæſarem: non fuit igitur anni noſtri Cæſar ſimpliciter inuentor, quamuis eum primum inueniſſe ſcribatur. Simili quoque modo dici poteſt, de Cycli decenouennalis authore; quamuis enim Methoni id nonnulli aſcribant,alij verò alijs: non tamen ſimpliciter id aſſerendum eſt. Quandoquidem Noemi tempore,cum annus eſſet in obſeruatione lunaris, (vnde & Cyclus tunc obſeruari credendum eſt) præſumpti inuentores poſt Noe non fuerunt ſimpliciter inuentores: ſed dicendum eſſet; in tali genere puta Græcorum,&c. inuentores extitiſſe.

Opinio de decenouẽnali cyclo.

Methon non abſolutæ fuit primus cycli inuentor.

Thaletis indagine annus in 365. dies cũ quadrante diſtinctus.

De vſu Cycli decenouennalis: ſeu aurei numeri. Cap. IV.

SI quis igitur aureum numerum noſſe voluerit: hoc pacto operetur. Quærat aureum numerum Natiuitatis Chriſti, hoc eſt aureum numerum, anno in quo natus eſt Chriſtus Saluator Noſter,correſpondentem:natum profectò inueniet anno Cycli decenouennalis primo. Hanc vnitatẽ addat annis Dñi quibuſlibet; deinde totum aggregatũ diuidat per decem & nouem, Tunc quicquid facta diuiſione prouenerit,completus Cycli decenouennalis diuiſiones indicabit;ac reſiduum erit decenouennalis Cyclus.Si verò nihil poſtremo remanſerit pro Cyclo lunari decenouennali, decimus nonus numerus ſumẽdus eſt.Et huius ratio eſt,quia tot Cyclus conſtat numeris.Hunc modum docet Venerabilis Beda in de ratione temporum; & Leouicius in ſuis Ephemeridibus,& denique computiſtæ omnes. Qui ne lectori faſti-

Chriſtus quo anno cycli decenouẽnalis natus ſit.

Beda, & Leouicius.

Modus facilior reperiendi causa aureum numerum.

fastidium generet: faciliorem aperiemus. Habeatur alicuius anni aureus numerus, illeq; sequenti tribuatur, sicq; vsque ad decem & nouem: Quo finito à primo rursus incipiatur numero: tunc enim perspicuus erit aureus numerus. Verbi gratia Anno Domini 1586.

Exemplum.

aureus numerus siue Cyclus lunaris, aut decenouennalis est 10. Anno 1587. erit 11. Anno 1588. erit 12. altero Anno erit 13. sicque sigillatim vsque in finem 19. singulis annis singulos concedat numeros. Deinde regrediatur ad primum: & quod supra operatus est, faciat. Verum quia alicui nimis laboriosus videbitur processus iste, ad euitandos omnimodos labores, qui ex assiduo numerorum ordine oriri possent: Cycli lunaris decenouennalis tabulam, hac formauimus ratione; vt facile aureus numerus inueniri possit.

Aurei numeri Tabula vnde initium sumit.

Exordium sumit tabula hæc ab Anno Domini 1585. quæ in perpetuum durat. Vnde singulis annis singulos præfiximus aureos numeros, vsquequò bis finitus sit numerus decenouennalis: deinde à principio numeri in tabula præfixi; denuo studiosus reuertatur, atque numerum futuro præstet Anno: Ita enim voti compos erit. Sed exemplis elucescat negocium.

Exemplum.

Anno Domini 1585. aureus numerus præfigitur. 9. sicque vsque in finem decenouennalis numeri descendendo aureus numerus 8. anno 1603. congruet. Vbi cum expletus sit Cyclus, reuertendum est rursus ad primum: præsertim, cum ordo numeri hoc requirat; vt post 8. sequatur numerus 9. qui cum in tabulæ initio iaceat, hunc numerum anno sequenti studiosus tribuat, nempè 1604. deinde seriatim, sicuti & nos fecimus vsque ad annum 1622. inclusiuè procedat; Qua completa, redeat rursus ad principium; sic enim ad futuros annos semper extendi poterit huiusmodi tabula, etiam in perpetuum.

Aurei numeri vsus.

Cui autem rei aureus numerus deseruiet? Calendarij Gregoriani formam sequatur studiosus: scilicet non ad nouilunia & festa mobilia indaganda, sicuti superioribus annis ab Ecclesia obseruatum est, sed ad inquirendam tantum nouam cuiuslibet anni Epactam, vt in libro nouæ rationis restituendi Calendarij Romani docetur: qua & nouilunia & festa mobilia rectè inueniri possint.



TABV-

TABVLA CYCLI DECENNOVENNALIS, SEV

AVR.NVM.	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	1	2	3	4	5	6	7	8
AN. DOM.	1604	1605	1606	1607	1608	1609	1610	1611	1612	1613	1614	1615	1616	1617	1618	1619	1620	1621	1622
AVR.NVM.	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	1	2	3	4	5	6	7	8
AN. DOM.	1585	1586	1587	1588	1589	1590	1591	1592	1593	1594	1595	1596	1597	1598	1599	1600	1601	1602	1603

AVREI NVMERI, PERPETVA.

De aurei numeri anticipatione, ob quam nouilunia, ipso amplius non inuestigantur. Cap. V.



CENSVIMVS hic apponere causam, quæ Ecclesiã mouit, ne ad nouilunia inquirenda Cyclus amplius deseruiret, sicuti & olim deseruit. Remur nos, quod cum ad Neomenias inueniendas; Ecclesia aureo vteretur numero (quod & à Cesare in suo Calendario obseruatum est) his; verò vt lunæ oppositiones, quibus sanctum Pascha rectè celebrari posset, eliceretur; cum attenderet Cycli sedem variabilem, ne in sanctum Pascha erraretur: Cyclum non ad lunæ congressiones, sed ad epactas inueniendas instituit. Id autem ex eo fit manifestum, cum sedem suam anticipauerit. Nam à Iulio Cæsare vsque ad Concilium Nicenum, quod anno Domini 322. celebratum est, vnum diem anticipauit. Patres verò in Concilio congregati, hunc Cyclum Calendis Ianuarij à Cæsare positum: secundo illius mensis die (Astrologorum auxilio) statuerũt, quantum scilicet anticipauerat, incipientes à primo numero Anno Domini 322. Quem Cyclum Enneadecaterida à mathematicis nuncupatum esse in Concilio, auctor est B. Ambrosius in epistola 83. Huiusmodi Cyclus vsq; ad emendationem Gregorianam semper perseuerauit, ac in Calendarijs sic annotatus est: illoque etiam tota vsa est Ecclesia. Sed cum ab Anno Domini 323. quo institutus est, vsq; ad annum 1582. in quo Calendarij emendatio accidit, fluxerint anni 1259. & à correctione Calendarij per

Cyclo decenouẽnali vtitur ecclesia ad epactas inueniẽdas nõ ad nouilunia.

Aurei numeri anticipatio à Cæsare, vsque ad conciliũ Nicænũ.

Cycli decenouẽnalis appellatio à Mathematicis in concilio Nicæno.

Cycli decennouenalis anticipatio à cõcilio vsq; ad correctionẽ Greg.& à Cæsare.

Io. Stophlerinus.

Cæsarem 1627. Astronomica supputatione deprehẽsum est: Cyclum à Concilio Niceno per quatuor dies, & amplius vsque ad correctionem Gregorianam anticipasse, & à Calendarij emendatione per Cæsarem, quæ quinque annis super quadraginta ante Christi Natiuitatem facta est, quinque & amplius dies (præsupposito in annis 304. vel, iuxta alios 262. lunationes diem vnum anticipare; vt docent Ioannes Stoflerinus in suo Calendario, & Ioannes Lucidus in Epitomate de emendatione Calendarij cap. 2. & 4.) Huiusce rei causam assignat idem Lucidus loco iam citato, quod cũ in quibuslibet 19. annis, quibus totus computatur Cyclus, lunæ reuolutiones totidem solis anticipent H. 1. M. 28. 23. ex eo quod 19. anni lunares cum suis septem Embolismis tantundem à solaribus cum quatuor bissextis, & 18. horis superentur (quod & confirmat Episcopus Forosempronienfis libro nono suæ Paulinæ) qui defectus in sexdecim Cyclis 304. annos constituentibus, computatus, ascẽdit ferè ad diem vnum naturalem, hoc est ad horas 23. M. 18. sec. 52. Alijs vero huiusmodi anticipationem in annis 262. placet fieri: cum in annis Domini 1527. & ab emendatione Calendarij per Cæsarem 1572. iam anticipauit per sex dies & vsq; ad emendationem Calendarij Gregoriani 1630. paulo amplius, ob id manifestum est aureum numerum sedem nõ habere firmam. Qui cum Concilij Nicæni tempore, nouilunia è directo diei, cui obijciebatur, rectè ostenderet: modo lunam quintam & sextam ostendebat; ob id non ad nouilunia, sed ad epactas indagandas ab Ecclesia relictus est. Et quamuis iuxta lucidum ad huius Cycli reformationem requireretur, vt omni 304. anno, vel secũdum alios 262. vnus dies bissextilis intermitteretur, vel anterius per diem, aureus numerus annotaretur: Nihilosecius cum Aequinoctij conseruatio, qua centesimo quoque anno dies bissextilis ommitteretur, istam Cycli conseruationem impediret, & hæc Cycli conseruatio illam Aequinoctij turbaret: necesse esset singulis annis 304. vel 262. iterum Cyclum reparare. Sed de omnibus consule librum de ratione restituendi Calendarij Romani. Hæc tamen varietas vnde orta fuerit ex Aequinoctij, & lunationum anticipatione accidisse omnibus conspicuum erit: ita vt sanctum Pascha vlterius à die suo quandoque per hebdomadam, aliquando per quatuor, & quandoque per quinque celebratum est. Quo circa nisi ab Ecclesia prouidebatur, iam Pascha aliquando æstiuo tempore celebratum esset. Hanc ob causam motus est Pontifex Romanus ad anni recognitionem; quo scilicet sanctum Pascha suo celebraretur tempore: Nam suo minime celebrabatur (vt par erat) ob variam anni hinc inde euagationem. Cuius error ex tribus processisse causis, certissimum erit omnibus (vt omnia hæc summatim explicemus) ex auri scilicet numeri deuiatione, ex progressione Neomeniarum

Io. Lucidus.

Causa anticipationis aurei numeri.

Aurei numeri anticipatio & instabilitas.

Lucidi opinio de cycli decenouẽnalis reformatione.

Origo varietatis cycli decenouẽnalis.

Error anni ex quib. causis processit.


citissima: & ex æquinoctiorum anticipatione. Aureus quidem numerus non ob aliud repertus est (si proprie loqui conuenit) nisi, primò vt nouendecim anni solares coequarentur totidem annis lunaribus debitè dispositis, cum suis septem embolismis: Secundo ad inueniendum Neomenias, illam præsertim à qua sumitur Paschatis celebratio; quæ nobis Februarij erit ob Ieiuniorum quadragesimalium obseruantiam: Hebræorum verò primi mensis qui est Nisan ob eorum quoque Pascha celebrandum. At videmus nouendecim annos solares, non rectè congruere totidem lunaribus cum suis septem embolismis, sed eos excedunt: videmus itidem Neomenias per aureum numerum certo die designatas, non diebus contingere suis, sed præuenire dies suos, diebus fermè quinq; (vt dictū est) ergo cū aureus numerus anticipauerit, & Neomeniæ quoq;; ideo annus corrigendus debuerat. Subinde medius Lunæ motus non est præcisè dierū 29. horarū 12. & minut. 44. (licet hunc Lunæ motū communiter auctores sequantur) sed est minor; ac propterea citius solito Neomeniæ habebantur, celebrabanturq;: Igitur Paschatis celebratio tardius plerumque; ac propterea mense secundo, qui est impurus, & ad celebrationem regulariter ineptus: solennizata est; hanc ob causam annus corrigi debuerat. Postremo ob Æquinoctiorum anticipationem: Verum quia inferius hæc habebu[illegible]r, ibi quoque relinquendam hāc digressionem opere precium esse duximus. Quare cum tot aureus numerus anticipauerit diebus, nō ad Neomenias amplius, sed ad Epactas dumtaxat inuestigandas, reli[illegible]s est.

Aureus numerus cur proprie inuētus.

19. anni solares non rectè congruūt totidem lunaribus.

Medius lunæ motus.

De Epacta. Cap. VI.



HACTENVS de Cyclo decenouennali; & de aureo numero: remanet nunc videndum de Epacta. Hæc enim illum sequitur, quum iam dictum sit aureum numerum hodiernis temporibus non ad aliud, nisi ad Epactam dumtaxat inueniendam valere: hanc vero ad nouilunia, festaque mobilia indaganda. Quid autem sit Epacta, ita Huguitio definit eam. Epacta est numerorum adiectio supra Lunam. Vnde Græcum nomen est. dictum ab ἐπὶ quod est supra, & τίθημι quod est positio, seu ab ἐπάγω quod est addo, seu intercalo, quia ad inueniendā Lunæ ætatem regulares adijciuntur lunaribus. His enim computistæ Lunæ ætatem indagarunt: aut regularibus scilicet aut Epactis. Si verò secūs speculari libuerit, Epactam numerum inuariabilem datū anno ad sciendum in Calendis cuiuslibet mensis, quota sit Luna, definiemus. Dicitur enim Epacta ab ἐπὶ quod latine interpretatur supra, & aucta quod est augumentum. Vnde eius lectissima definitio

Epactæ definitio, & ethymologia.

Alia epactæ definitio.

Postrema epactæ definitio. est: Epacta est excessus anni solaris supra lunarem. Pro cuius intellectu neminem latere credimus, annum solarem dies 365. & quartam continere: non considerantes veri anni tropici quantitatem; Nam annus tropicus æqualis iuxta Reinoldum, à quadrante diei deficit scrupulis primis decem, secūdis 44. tertijs 14. horæ vnius, vltra 365. dies. Et iuxta Alphonsi Regis placitum, eius quantitas est dierum, 365. H.5. M.49. sec. 16. Id autem computistæ neutiquam inuestigare curant: sufficit ipsis anni communis magnitudo; Annum verò lunarem ex diebus 354. integrari; differentia igitur inter vtrunque annum: erit vndecim dierum. Nam si præcepta Aritmethices obseruare voluerimus: ita supputabimus, à 354. ad 365. quot requiruntur numeri? clarè videtur numeros vndecim requiri: huiusmodi ergo numerus ab anno solari excedens, Epacta rectè vocitatur. Hanc admirabili indagine, Thales & Solon, ambo ex Græciæ sapientibus inter Græcos adinuenerunt: cuius inuentio, ac vsus quomodo extet; iam iam manifestabimus.

(Marginal notes: Anni solaris quātitas. Annus tropicus iuxta Reinoldum. Annus iuxta Alphonsum. Annus lunaris. Epactę inuētores.)

De inuentione Epactæ & eius vsu. *Cap. VII.*



AVREVM numerum multiplicare per 11. necesse est, vt reperiri possit Epacta, ac resultans diuidatur per 30: quotiens verò, numerum Epactæ demonstrabit: si autem multiplicatum esset indiuisibile: illud erit Epacta. Ratio huius multiplicationis per 11. oritur ex excessu totidem dierum ab anno solari; vel quia anno creationis mundi primo, nulla Epacta fuit (Nam ante eum non fuit annus, ex quo elici posset dierum 11. exuberantia: ex quo eliciunt nonnulli cœlestium peritissimi, initium mūdi in nouilunium incidisse) Annus verò creationis ipsius secundo, fuit 11. ac per hunc numerum multiplicato aureo numero, superatio ostendit Epactam. Verùm cum Epactæ ratio iuxta vsum antiquum, ob decemdierum sublationem abolita fuerit, ac huiusmodi supputationis genus molestissimum se habeat: ad inueniendam Epactam, addendum est Epactæ præcedenti 11. & quod emerget illud erit Epacta. Verbi gratia cum præcedentis anni Epacta fuerit 11. his additis rursus vndecim resultant 22. Qui numerus ostendit Epactam sequentem; cui si rursus vndecim addantur, resultabit numerus 33. in quo accidit annus Embolismalis, quem aliqui 13. lunationum voluerunt esse, ac dies 384. continere: Alij vero 387. dies, sed de his in superiori libro satis tactum est. Verum si à numero 33. Epactam voluerit quispiam, demat triginta, resultabitque 3. pro Epacta. Quod semper obseruandum est si triginta excesserint: ob id vocatur ab aliquibus numerus 30. non excedens. Et rectè quia ad ip-

(Marginal notes: Multiplicationis ratio p 11. vnde oritur? Anno creationis mundi primo, & secūdo quæ Epacta fuit? Exemplum.)

ſam pertinet Lunæ ætatem oſtendere. Cum autem nulla eius ætas ſit maior 30.diebus, nec Epacta maior eſſe debet. His igitur demptis, quot remanebunt, tot ſemper erunt Epactæ numeri. Si vero tertio Epactæ numero addantur alij vndecim: 14.erit Epacta. Vnde ſi Epacta anni Domini 1585.inuenienda eſſet, quæratur Epacta 1584.quam cum 18.reperiamus iuxta calendarij reformationem, huic numero ſi addantur vndecim: Epacta 1585. erit 29. ſi vero huic numero rurſus adderentur vndecim, iuxta ſupputationem arithmeticam emergeret numerus quadragenarius: à quo vt anni ſequentis Epacta prodeat, ſubtractis triginta, reſiduum erit Epacta, nempè decem, ſicq; in ſempiternum vndenariū addendo numerum, formabitur Epacta. At ne tot moleſtis ſupputationibus infeſtetur ſtudioſus, Epactarum tabulam condidimus; duorum Cyclorum lunarium interuallo, cuilibet anno Epactam præfigentes. Exordientes ab anno noſtræ redemptionis 1585. qua completa iterum à principio incipitur. Studioſum diligenter monentes quod mobilia feſta per Epactas inueſtigantur. Quæ ad indaganda forma & modo, quem Calendarium Gregorianum docet, vtatur. Volens igitur tu cuiuſlibet anni Epactam reperire, quære in tabula Epactarum, in area dextrorſum, annum illum cuius Epactam cupis: ſtatim videbis in proxima area, Epactam illi anno correſpondentem. Vt ſi Epactam anni 1591. deſideras, inſpicies illi anno congruere numerum Epactalem 5. Res quia ex ſe clara eſt, nullum alium adducimus exemplum.

Epacta iuxta aliquos eſt numerus 30. non excedēs.

Exemplum.

Initium Tabulæ Epactarum.



TABV-

TABVLA EPACTARVM.

AN. DOM.	EPACTÆ.	AN. DOM.	EPACTÆ.	AN. DOM.	EPACTAE.	AN. DOM.	EPACTAE.
1585	29	1595	19	1604	29	1614	19
1586	10	1596	1	1605	10	1615	1
1587	21	1597	12	1606	21	1616	12
1588	2	1598	23	1607	2	1617	23
1589	13	1599	4	1608	13	1618	4
1590	24	1600	15	1609	24	1619	15
1591	5	1601	26	1610	5	1620	26
1592	16	1602	7	1611	16	1621	7
1593	27	1603	18	1612	27	1622	18
1594	8			1613	8	1623	29

An vsus Tabulæ Epactarum sit perpetuus. Cap. VIII.



Tabula epactarũ cur nõ perpetua?

REFERIMVS hoc in loco, an vſus tabulæ Epactarum ſit perpetuus, quum tabulam Cycli lunaris perpetuã confecerimus. Et ſi hanc, cur non illam? ſatisfit negatiuè; & ratio in promptu eſt, quia Neomeniæ ſeu nouilunia minimè aureo numero, ſed Epactis (iuxta doctrinam in Calendario Gregoriano traditam, pro inuẽtione Paſchæ) adinueniuntur. Vnde cum à ſanctiſſimo Domino Noſtro Gregorio XIII. Pontifice Maximo detracti ſint decem dies: Epactarum tabula minimè perpetuabitur. Eſſet equidem perpetuo duratura: niſi decem dierum detractio incidiſſet. Nam iuxta decem ſublationem dierum: ſublatæ ſunt antiquæ Epactæ. Anno enim Domini 1581. ante decem dierum detractionem Epacta fuit 25. Anno 1582. per numeri vndenarij additionem, obq́ue remotionem triginta, fuit 6. Quamuis alij mutarũt Epactam in 26. eodem anno ob anni correctionem in Octobris menſe. At per Epactæ Canonem ſcilicet per additionem 11. rectius 6. quam 26. licet omnes in anni 1583. Epacta: id eſt in 7. conformentur. Anno poſt modum 1583. fuiſſet 17. niſi in Octobris menſe incidiſſet anni correctio. Quo circa, quemadmodum ab anno decem

Exemplum.

cem remoti sunt dies: ita ab Epacta decem subtracti sunt numeri, reliquumque pro Epacta habitum est; nempe 7. quibus additis vndecim: prosiliuit Epacta 18. Quæ recte anno 1584. congruit: Quibus si rursus additi fuerint 11. prosilient 29. pro Epacta: Quæ anno 1585. optimè conuenit; Et ita in posterum operandum est. Quanto igitur tempore huiusce vsus tabulæ deseruiet? multis multisque annis: scilicet ab anno 1585. vsque ad annum reparatæ salutis 1700. exclusiuè. Postea verò Gregoriani Calendarij normam sequatur studiosus: Quodque in libro nouæ rationis restituendi Calendarij Romani docetur, obseruet. Verum pro illis temporibus futuris (si Altissimo placuerit, cumque plus ocij nacti erimus) Epactarum tabulas, perpetuo pro futuras conficiemus.

Vsus tabulæ epactarum quanto tempore duraturus?

De Cyclo solari. *Cap.* *IX.*

INQVIRERE oportet etiam Cycli solaris rationem, ne imperfectum nostrum remaneat institutum: præsertim quod si lunaris traditus est Cyclus, & solaris pariter tradi debuerat. Solaris Cyclus (vt nostrum exordiamur intentum) est temporum intercapedo viginti octo annorum solarium. Inde euenit quod viginti octo numeratur numeris: Vnde conuersio viginti octo annorum nuncupari potest, quum à primo inchoet numero, & in vigesimo octauo terminetur: deinde vnde egressus est denuo reuertitur; sicque successiuè in æternū. Quare igitur ita nuncupatur? redditur ratio à computistis: quia omnes ex intercalari anno varietates, & litera dominicali ad eamdem redeunt sedem, & adæquantur. Nam supra satis explicatum est: Solem viginti octo annis peractis ad eundem redire locum, nempè ad idem Cœli signum, vnde motus est: etsi singulis annis hoc cōficiat. Dicitur ergo Cyclus idest Circulus per ablationem mediæ syllabæ: quia quodam temporis spatio à sole (si solis est) circuitur. Cui postmodum rei conducet? Ad adæquandū scilicet omne, quod intra viginti octo annorum spacium reperitur; literas Dominicales præcipuè: quibus & festa mobilia inuestigari possint; & intercalaris dignosci. Adæquat vtique solis Cyclus literas Dominicales cum anno Domini (quo exemplis res clarificetur) 1585. litera F. vsui futura fuerit; post viginti octo annos in quibus Solis Cyclus expletus fuerit: rursus incidet F. & ita de cæteris: Quare Solis Cyclus periodus est, qua bissexta cū ferijs Hebdomadis in orbem redeunt: Quod in anno Iuliano, & nostro anno vicesimo octauo exacto fieri, par est; in Cælesti (iuxta Iosephum Scaligerum) post annum 548.

Solaris cycli definitio.

Cyclus solaris cur ita appellatur.


Cur dicitur cyclus.

Cycli solaris vtilitas.

Literas dominicales solis cyclus adæquat.

Solaris cycli lectissima definitio.

De Cycli solaris inuentione, & vsu eius. *Cap. X.*



Modus inueniendi Cyclũ solarem.

SCISCITANDVS quoq; est modus inueniendi Cyclũ solarem, qui iuxta solitas computistarum supputationes, hac inuenitur lege. Cum Christus natus sit anno Cycli solaris nono, annis Christi addendus est huiusmodi numerus 9. deinde aggregatũ diuidatur per 28. tunc quicquid facta diuisione prouenit, integras Cycli solaris reuolutiones ostendet, & quod post diuisionem remanserit illud scito esse Solys Cyclum: Si vero productum indiuisibile esset, illud erit 28. qui est numerus vltimus Cycli solaris, ac per hoc indiuisibilis; non enim distribui potest amplius in 28. Verum quia alicui res infesta videbitur, solita facilitate omnia perstringemus. Itaque si quis Cyclum solarem quotannis scire voluerit, aliquo cognito, ex templo alterum noscet: ac de anno in annum progrediendo vsquequò ad numerum 28. peruenerit, solis Cyclum inueniet; postea 28. completis redeat ad vnitatem: iterum procedendo. Verbi gratia, anno reparatæ salutis 1584. solis Cyclus fuit 25. ergo 1585. erit 26. 1586. erit 27. 1587. erit 28. Vbi cum terminetur Cyclus solis, ad principium numeri redeundum est: quod proculdubio 1588. congruet; sicq; successiuè per infinita sæcula operari oportebit. Vt autem facilitate quisquis gaudeat, ac propensius ad Cyclum solis inuestigandum commoueatur: tabulam Cycli solaris perpetuo duraturam edidimus; quemlibet Cyclum cuilibet anno annotantes, quo completo regrediatur ad principium tabulæ: ac anno sequenti eundem Cyclum tribuat. Circa hoc tandem seruet studiosus, quod de lunari Cyclo iam ennarrauimus.

Modus facilior inueniendi cyclũ solis

Exemplum.

TABVLA CYCLI SOLARIS.

Anni Do.	Cyc. ☉	Anni Do.	Cyc. ☉	Anni Do.	Cyc. ☉
1585	26	1595	8	1605	18
1586	27	1596	9	1606	19
1587	28	1597	10	1607	20
1588	1	1598	11	1608	21
1589	2	1599	12	1609	22
1590	3	1600	13	1610	23
1591	4	1601	14	1611	24
1592	5	1602	15	1612	25
1593	6	1603	16	1613	26
1594	7	1604	17	1614	

De litera Dominicali, & eius vsu. Cap. XI.



IGNIFICAVIMVS iam naturam Cycli solaris, & vsum superiori capite innuimus: nunc literas Dominicales tamquam illum consequentes, patefacere superest. Docet enim Calendarium Gregorianum, & in libro nouæ rationis restituendi Romani Calendarij non prætermittitur: Solis Cyclum ex multiplicatione 7. per 4. confici. Redditurque ratio: quia instar septem Hebdomadæ dierum, septem dominicales assignantur literæ. Cumque in quouis quarto anno dies intercaletur, ideo literarum ordo interrumpitur: Ita vt duæ requirantur literæ. Hæ autem ad festa mobilia inuenienda maximè conducunt. Si quis igitur per annum quemlibet Dominicalem literam scire cupierit: inuenta litera alicuius anni, retrogrado procedat ordine: annoque venturo sequentem tribuat literam. Ita tamen quod cuilibet quarto anno, in quo annus intercalaris accidit, duas præstet literas: semper ordine progrediendo retrogrado, & postrema post Februarij mensem vtatur; vel post festũ sancti Matthiæ. Verbi gratia anno 1584. cum annus, intercalaris fuerit: Duæ literæ concessæ sunt. A scilicet & G. 1585. oportuna erit F. 1586. E. deseruiet 1587. D. 1588. quia est annus intercalaris, correspondebunt duæ literæ, nempè C. & B. 1589. A. En, quod secundum literarum ordinẽ, haud proceditur: Etsi Abecedarij series id requirat. Quo circa, veluti numerando progreditur, A. B. C. D. E. F. G. procedatur retrocedendo: G. F. E. D. C. B. A. omniaq; modo iam proposito consideret, & coaptet. Quibus, si attentè studiosus incumbuerit, facilem literarum intelligentiam aquiret & vsum: ita vt absq; alia tabulæ literarũ con structione literas complexus erit. Animaduertat amplius studiosus Dominicales literas (vti tetigimus) sequi Cyclum solarem. Quandoquidem post viginti octo annos, quemadmodum solis Cyclus ad eãdem redit sedem; ita viginti octo annis peractis; quę litera in principio vsui fuit, eadem denuo reuertitur. Hac tamen cautiuncula scientiarum amator operetur: vt vsque ad annum virginei partus 1599. inclusiuè, seruet ordinem iam explicatum. Quamuis enim solis Cyclus sit perpetuus, tamen ob decem dierum remotionem, & cum quibusuis quadrigentis annis tres omittẽdi sunt bissexti, literarum vsus temporarius erit, nempè vsque ad annum Domini 1700. exclusiuè, vbi post literarum æquationem, vsus ipsarum perpetuus erit, modo conditiones iam dictæ prorsus obseruẽtur, quæ in Calendario Gregoriano: Et in libro nouæ rationis restituendi Romani Calendarij, latius adducuntur. Verum in studiosorum gratiam ne difficultate

Solis cyclus quomodo cõficitur.

Modus inueniendi literã dominicalẽ quolibet anno.

Exemplum.

Literarũ dominicaliũ inuentio, est retrograda.

Literæ dominicales sequũtur cyclũ solarem.


Duratio tabulæ literarum dominicaliũ, & vsus eius.

grauentur, literarum Dominicalium tabulam temporariam condimus, scilicet vsque ad annum prædictum: Quæ tabula Cycli solaris formam sequitur, quum post 28. annos literæ omnes ad eandem redeant sedem.

TABVLA LITERARVM DOMINICALIVM.

AN.DOM.	LIT.DOM.	AN.DOM.	LIT.DOM.	AN.DOM.	LIT.DOM.
1585	F	1595	A	1605	B
1586	E	1596	G F	1606	A
1587	D	1597	E	1607	G
1588	C B	1598	D	1608	F E
1589	A	1599	C	1609	D
1590	G	1600	B A	1610	C
1591	F	1601	G	1611	B
1592	E D	1602	F	1612	A G
1593	C	1603	E	1613	F
1594	B	1604	D C		

Modus inueniendi quota feria mensium Calendæ celebrentur. Cap. XII.



Primo die mensis scito, omnia mẽsis festa habẽtur

INVESTIGARE ex solari Cyclo,& simul docere ex litera Dominicali quota feria mensiũ calendæ incidant, ne dum iocũdum,sed & vtile esse astruimus. Inde enim festa omnia quibus diebus celebrentur haud perperã haberi poterunt. Nam scito quo die principium mensis accidat, expeditè elici poterit, tali die mensis hoc, illudué festum celebrari. Sed clarescat negotium exemplo. Si quis diem Natiuitatis Domini 1585. desideraret; inspecta feria Calendarum Decembrium, statim à primo die mensis numerando vsque ad 22. Nam eadem feria Calendarum mensis semper in 22. eueniet, Et hinc ad 25. Natiuitatem Domini in die Mercurij incidere, reperiet. Quoniam prima dies Decembris fuit solis dies. Si verò festum transiret ad diẽ 29. mensis: eidem diei tribuatur quoque dies Calendarium mensis, quia ipsamet incidit: Indeque numerando vsque ad finem mensis (si opus

opus fuerit) quota feriæ celebrabitur: aspiciet. Idem rursus operabitur, si festum attigerit diem decimum quintum, vel octauum. Vt ergo voti compos sit studiosus: tabulam confecimus, 14. areis distinctam, singulis mensium Calendis Planetæ caracterem præfigentes, qui feriæ diem indicabit: in area verò si nixtrorsum Cyclum solarem, dextrorsum nos Domini, quarum vsus tandem sic habebitur. Reperiatur annus Domini pro tempore, deinde sinixtrorsum sumatur solaris Cyclus anni Domini correspondens; & sub mense cuius feria quæritur, reperietur Planetarius carácter, à quo denominabitur prima dies eiusdem mensis. Verum ne alicui ignota videatur dierum appellatio ob Planetarum caracteres, vniuscuiusq; caracterem dilucidare necesse est. ☉ significat diem Dominicum, ☽ diem Lunæ: ♂ diem Martis: ☿ diem Mercurij, ♃ diem Iouis, ♀ diem Veneris, ♄ diem Saturni; vnde dierum denominationes cuilibet manifestæ erunt. Verum antequam feriarum tabula condatur, indagandum est, an ipsa perpetua erit nec ne? quum Cyclus solis super quem fundatæ sunt, sit perpetuus? sed si studiosus huiusmodi tabulam inueniendi quota feria mensium calendæ incidant iuxta Calendarij Gregoriani formam esse constructam adnotarit: temporariam equidem cernet; nempè vsque ad tempus, quo literæ Dominicales durauerint. Quamuis enim solis Cyclus sit perpetuus, nihilominus ob decem dierum sublationem: neutiquàm in æternum durabit: sed vsque ad præfinitum tempus, scilicet vsque ad annum humanæ redemptionis 1700. exclusiuè. Inde postmodum iuxta Canonem quartum Calendarij Gregoriani, perpetua confici poterit: quā alibi perpetuam conficiemus, & manifestabimus. Quapropter postquam completa fuerit tabula, scilicet vsq; ad annum Domini 1612. exordiri rursus oportebit anno 1613. à principio tabulæ, vsque quò peruentum fuerit ad annum Domini 1640. inclusiuè, tunc enim eædē feriæ, quæ antea in Calendis mensium celebrabantur: eueniet. Deinde iterum (vt prius) anno 1641. ac simili modo successiuè, vsque ad annum Christi nati 1699. inclusiuè, operandum est. His notis conferat se studiosus ad tabulæ vsum: omnia etenim facile capescet, si quæ manifestauimus: attentè exequtus fuerit, diligenterq; obseruauerit.

Tabulæ feriarum mēlium constructio.

Vsus Tabulæ feriarum calendarū mensium.


Caracterum planetarū dilucidatio.

Tabula feriarum calendarum mensiū, nō perpetua.

Cycli solaris ppetuitas nō impedit Tabulam feriarum esse temporariam.

Ob penuriam Caracterum planetarum in Typographia Neapolitana, nequiuimus illis tabulam hanc exornare (vt sperabamus) sed propria dierum hebdomadis nomina explicare necessum fuit. Ita vt Sol diem indicet Dominicum, Luna diem Lunæ: Mars diem Martis; Mercurius diem Mercurij: Iuppiter diem Iouis, Venus diem Veneris: Saturnus diem Saturni.

TABVLA INDICANS QVOTA FERIA MENSIVM CALENDÆ INCIDANT.



Anni Do.	Cyc. ☉	Ianu.	Febr.	Mart.	Apr.	Mai’	Iuni’	Iuli’.	Aug.	Sept.	Oct.	Nou.	Dec.
1585	26	mars	ven’	ven’	luna	mer.	ſat.	luna	iupp.	ſol	mars	ven’	ſol
1586	27	mer.	ſat.	ſat.	mars	iupp.	ſol	mars	ven’	luna	mer.	ſat.	luna
1587	28	iupp.	ſol	ſol	mer.	ven’	luna	mer.	ſat.	mars	iupp.	ſol	mars
1588	1	ven’	luna	mars	ven’	ſol	mer.	ven’	luna	iupp.	ſat.	mars	iupp.
1589	2	ſol	mer.	mer.	ſat.	luna	iupp.	ſat.	mars	ven’	ſol	mer.	ven’
1590	3	luna	iupp.	iupp.	ſol	mars	ven’	ſol	mer.	ſat.	luna	iupp.	ſat.
1591	4	mars	ven’	ven’	luna	mer.	ſat.	luna	iupp.	ſol	mars	ven’	ſol
1592	5	mer.	ſat.	ſol	mer.	ven’	luna	mer.	ſat.	mars	iupp.	ſol	mars
1593	6	ven’	luna	luna	iupp.	ſat.	mars	iupp.	ſol	mer.	ven’	luna	mer.
1594	7	ſat.	mars	mars	ven’	ſol	mer.	ven’	luna	iupp.	ſat.	mars	iupp.
1595	8	ſol	mer.	mer.	ſat.	luna	iupp.	ſat.	mars	ven’	ſol	mer.	ven’
1596	9	luna	iupp.	ven’	luna	mer.	ſat.	luna	iupp.	ſat.	mars	ven’	ſol
1597	10	mer.	ſat.	ſat.	mars	iupp.	ſol	mars	ven’	luna	mer.	ſat.	luna
1598	11	iupp.	ſol	ſol	mer.	ven’	luna	mer.	ſat.	mars	iupp.	ſol	mars
1599	12	ven’	luna	luna	iupp.	ſat.	mars	iupp.	ſol	mer.	ven’	luna	mer.
1600	13	ſat.	mars	mer.	ſat.	luna	iupp.	ſat.	mars	ven’	ſol	mer.	ven’
1601	14	luna	iupp.	iupp.	ſol	mars	ven’	ſol	mer.	ſat.	luna	iupp.	ſat.
1602	15	mars	ven’	ven’	luna	mer.	ſat.	luna	iupp.	ſol	mars	ven’	ſol
1603	16	mer.	ſat.	ſat.	mars	iupp.	ſol	mars	ven’	luna	mer.	ſat.	luna
1604	17	iupp.	ſol	luna	iupp.	ſat.	mars	iupp.	ſol	mer.	ven’	luna	mer.
1605	18	ſat.	mars	mars	ven’	ſol	mer.	ven’	luna	iupp.	ſat.	mars	iupp.
1606	19	ſol	mer.	mer.	ſat.	luna	iupp.	ſat.	mars	ven’	ſol	mer.	ven.
1607	20	luna	iupp.	iupp.	ſol	mars	ven’	ſol	mer.	ſat.	luna	iupp.	ſat.
1608	21	mars	ven’	ſat.	mars	iupp.	ſol	mars	ven’	luna	mer.	ſat.	luna
1609	22	iupp.	ſol	ſol	mer.	ven’	luna	mer.	ſat.	mars	iupp.	ſol	mars
1610	23	ven’	luna	luna	iupp.	ſat.	mars	iupp.	ſol	mer.	ven’	luna	mer.
1611	24	ſat.	mars	mars	ven’	ſol	mer.	ven’	luna	iupp.	ſat.	mars	iupp.
1612	25	ſol.	mer.	iupp.	ſol	mars	ven’	ſol	mer.	ſat.	luna	iupp.	ſat.

De

De indictione Cæsarea, & ipsius vsu. Cap. XIII.



Merito aliqui ex computistis efficere solent, vt post Cycli lunaris, Epactæ, & Cycli solaris ordinem: Indictio sequatur. In numeris enim annuis, quibus Ecclesia vtitur, hæc in vltimo collocatur ordine. Et quamuis plerią; post Cyclum solarem, hanc reponant; vltimo verò literam Dominicalem: Nos verò attendentes hanc sequi Cyclum solis, post illum collocauimus literã Dñicalẽ post vero lĩam Dñicalẽ Indictionẽ. Indictionũ auctores, (vt ab hoc nostra oriatur digressio) Romani extiterunt: testibus q̃plurimis Historicis; seu iuxta aliquorum opinionem, Cæsar Augustus optimus Imperator & Doctissimus, primo anno Olimpiadis 194. die 24. Septembris, anno tertio ante Christi Natiuitatem. Et ratio est, quia quondam in Republica post censum quinto anno peractum: Vrbs Romæ lustrabatur; ob id ad initium ternæ lustrationis & census, Indictiones cõdiderunt. Quo circa dicitur Indictio ab indicere (veluti notat Bridefertus Ramesiensis) quod est generale præceptum: quod per vniuersum Orbem omnibus imperabatur. Peragebatur profecto indictio per quindecim annos, ac primo quinquennio nummus indicebatur aureus: secundo argenteus: Tertio quinquennio soluebatur æreus. Secus sentiunt alij, scilicet quod indictiones, ob tributa soluenda, à Romanis institutæ fuere. Hac de causa; quia difficile foret, quod de remotis mundi partibus, singulis annis tributa soluerentur: ob id statuerũt tempus annorum 15. sed in primis quinq; ferrum offerebant ad arma facienda; in secundo quinquennio, argentum pro militum stipendijs: In tertio autem quinquennio, pro simulacris cõstruendis: aurum. Quidam vero (inter quos adest Venerabilis Beda) voluerunt ad hoc Indictiones à Romanis inuentas esse: vt error, qui de temporibus forte oboriri poterat, caueretur. Propterea, quod dũ quilibet Imperator vita vel Regno decederet, poterat euenire: vt eundem annum vnus historicus eiusdem Regis adscriberet temporibus: & alter historicus eundem, successori illius potium attribuendum putaret: eò quod & hic partem eius æquè haberet in Regno; quemadmodum & ille. Ne autem per huiuscemodi dissonantiam error temporibus inolesceret, Indictiones constituere; quibus vterque scriptor, imo & vulgus omnem temporum cursum facillime seruaret. Priores non abolemus opiniones, Posteriori tamen innitimur, quum conuenientior, reią; iam dictæ conformior, nostrique temporis vsui congruentior inueniatur. Nam in diplomatibus, in notariorum scripturis; in Priuilegijs Cæsareis; in Bullis præsertim Romani Pon-

Indictionum auctores.

Causa inuẽtionis indictionum.

Indictio vnde dicitur.

Bridefertus Ramesiensis.

Indictionum duratio per quindecim annos.

Opinio aliorum de indictionum institutione.

Bede & aliorũ opinio de ratione institutionis indictionum.

ni Pontificis: hanc ob causam sæpissimè tangi arbitramur, ne error in rebus scriptis pro temporum varietate incidere possit. Cæterum non aspernendas iudicamus & Neotericorum opiniones. Onufrius Panuinius autumat Indictionem repertam, institutamque à Constãtino Imperatore; quod Maxentium vicerit octaua Septembris die; vnde & Septembris mẽse initium sumit. Refellitur tamen à Iosepho Scaligero, qui libro quinto de emendatione temporum: ab editione ludicrorum panegyricorum, & spectaculorum quinquennalium, decenouennalium, & vicennalium (teste Marcellino comite) sentit institutam. Eusebius à remittendis residuis pensionum, & indictionibus tributorum opinatur: quemadmodum alij ab inferendis tributis (vt dictum est) autumarunt. sit res quoquomodo, vnusquisq; in suo sensu abundat, cum suas habeat rationes: ac propterea (vt libet) suam poterit quilibet sequi sententiam. Clarum tamen est, Indictionem quamlibet quindecim absolui numeris: nec paucioribus, nec pluribus consulto voluerunt esse; factum namq; id existimamus pro calculandi facilitate; quo planissimo numero, & ad multiplicandum promptissimo, compendiosius transactis temporibus status in memoriam reduci possit. Verum duplex nostra est Indictio; Pontificia & Cæsarea. Pontificia Calendis Ianuarij incipit; Cæsarea octauo Calendas Octobris: veluti & Siri à Calendis Maij, qui est, Iar, suam incipiunt.

Onuphrij Panuinij de indictione opinio.

Iosephi Scaligeri sentẽtia de indictione.

Marcellinus comes.

Eusebius.

Indictionum quantitas.

Indictionis Pontificiæ, & Cæsareæ initium.

Quomodo reperiatur Indictio. *Cap. XIV.*



VENANDA est Indictio ea lege, qua & cęteri annorum numeri reperti sunt, sed primo computistarum more. Cum Christus Saluator noster natus sit indictione tertia, adde annis Domini. 3. multiplicatum pariter per 15. productum integras Indictionum reuolutiones indicabit, sed quod post factam diuisionem remanebit, illud pro Indictione sumito; si vero à 15. nihil proici potest: hoc idem erit Indictio. Sed faciliorem modum inueniẽdi indictiones docebimus. Quæras alicuius anni Indictionem, progrediendo vsque ad 15. donec ad annum cuius Indictionem quæris perueneris, ita enim reiconscius eris: Verbigratia; Ponamus quod inuenienda esset Indictio 1585: inuestiget primo anni præcedentis Indictionem: Hæc cum sit 12. Indictio illius anni erit 13. sequentis 14. alterius 15. qua completa redeundum est ad vnitatem (quindecim enim esse Indictiones diximus) quæ anno 1588. tribuenda est; sicque in cæteris operando, Indictio erit manifesta. Verum quo res facilius manifestetur; Indictionum tabulam perpetuò profuturam iuxta Calendarij Gregoriani institutum

Christus qua Indictione natus est.

Modus facilis inueniẽdi indictiones.

Exemplum.

tutum ereximus; vnicuiq; anno vnamquamq; Indictionem concedentes. Ita quod Indictiones annis correspondere aspiciens studiosus, à seipso Indictiones capiet. Hoc quoq; animaduertat, quod cõpleta tabula exordiatur iterum à principio: Annoque 1585. dicat 1600. & sic successiuè progrediendo, & regrediendo in sempiternum voti compos erit. Nec missum faciemus (vt perfecta remaneat progressio nostra) quando Indictiones incipiunt, & quando terminantur. Nos etenim nostræ redemptionis memores, à nostra inchoamus salute, ibidemque Indictiones terminamus. Romani vero ab octauo Calend. Octob. Indictionis initium sumpserunt, ac ibidem rursus terminari autumarunt. Quod & B. Ambrosius in Epistola 83. asseuerare videtur, scilicet mense Septembri Indictiones incipere. Qui vero Indictionem non à Cæsare, sed à Constantino ambobus Imperatoribus semper Augustis, adinuentam esse dicunt. Nempè anno reparatæ salutis 313. septimo Calendas Octob. incipere volunt. Itaque quod nos diximus Indictionem octauo Calen. Octob. incipere, de Cæsarea iam sermo est, non de Constantiniana; illam namque tunc initium sumpsisse cuncti ferè auctores non ignobiles arbitrantur, originemq; eius anno tertio ante Christi Natiuitatem extitisse: ineunte Olympiade centesima nonagesima quarta (vt paulo superius innuimus) constãtissimis argumentis ostendere conantur. Hæcq; opinio vt plurimum amplectitur, cum Indictione tertia natus sit Christus: illiusque fundamento, quascunq; Indictiones verè indagant.

Vsus tabulæ indictionum.

Indictionum initium & finis.

B. Ambrosius

Aliorum opinio de Auctore indictionũ & earum initio.

TABVLA INDICTIONVM.

AN.DOM.	INDICT.	AN.DOM.	INDICT.	AN.DOM.	INDICT.	AN.DOM.	INDICT.
1585	13	1593	6	1601	14	1609	7
1586	14	1594	7	1602	15	1610	8
1587	15	1595	8	1603	1	1611	9
1588	1	1596	9	1604	2	1612	10
1589	2	1597	10	1605	3	1613	11
1590	3	1598	11	1606	4	1614	12
1591	4	1599	12	1607	5	1615	13
1592	5	1600	13	1608	6	1616	14

De auctoritate Papæ in communi, & circa anni correctionem. *Cap. XV.*



SATIS de numeris annuis, quibus Ecclesia vtitur: diximus. Nunc de sacrosancto Paschatis mysterio tractandum est; nam huius libri hic scopus est: ac vt etiã hæretici satanæ filij confundantur; nolentes hoc sanctum Pascha die, quo celebrat sancta mater Ecclesia, obseruare. Id vero ob anni reformationem, non enim hunc seruant his diebus, sed veterem; ita vt Græci quoque ad huiusmodi obseruantiam remanserunt. Verum rationibus, & auctoritatibus ostendemus hanc reformationem consultò factam esse, vt desinant tandem in sanctam matrẽ Ecclesiam Catholicam & Apostolicam, ac in eius caput Romanum Pontificem, sæuire. Hic enim est solitus hæreticorum mos, floccifacere scilicet Dei Ecclesiam, eiusque caput Romanum Pontificem; & quod horribile dictu est: vtrumq; maledictis aggredi, verbisq; capere. Totum autem hoc à carnis libertate quã semper sequuntur, ab inani gloria, ac occulta quadam ambitione qua molestantur: originem habet. His plenos inuenies Arrium, Valentinum, Nouatum, Ioannem Huss, Appollinarem, Theobutem, Ioannem Vuitclef, Bucerum, postremo Caluinum, & Lutherum, veri Anthchri sti præcursores; & huius generis innumeros. Sed sinamus eos in manibus diabolorum suorum, & nostrum prosequamur institutum. Cum eis itaq; decertaturi, ordinatè procedendum est. Vel hæretici negãt ad Romanum Pontificem pertinere, ea quæ circa anni correctionem inciderunt, immutare: vel quod anni correctio non æqua fuerit; si primum, Romani Pontificis authoritatem tollere videntur: Quæ ea est, vt non solum hæc efficere possit; sed leges condere, statuta mutare, declarare decreta: etiam in his, quæ sunt fidei. Si secundũ, ignorantiæ notam, & Pontifici, & cœlestium rerum peritissimis, quorum auxilio vsus est Pontifex, inferunt; ac si ea, quæ circa annum corrigendum effecere, nõ eruditè fecissent. Itaq; soli sunt, qui Philosophiæ secreta penetrant, qui Theologiæ arcana explicant, qui cœlestium rerum quidditates nouerunt. Verum vtrumque demonstrabimus, nempè & Romanum Pontificem id posse, & anni reformationem rectam effectam esse. Non minoris dignitatis est Ecclesia Dei, quã fuerit Iudeorum sinagoga: immo tanto magis hanc illa præstat quanto figuram figuratum; sed Iudæorum sinagoga vnus præcæteris præerat, ad quem maiores, difficilesq; causæ referebantur, ad quẽ etiam pertinebat illas determinare, vt patet. 8. ex oct. de Ietro, & Moyse; ergo multo magis in Ecclesia sua id Deus efficit, vt non solum Petro hanc

Hæretici, & Græci nõ celebrant sanctum Pascha iuxta annum correctum.

Mos Hæreticorum.

Hæreticorũ malitia vnde prouenit.

Contra Hæreticos argumentum.

Romani Pontificis authoritas.

Prima ratio contra hæreticos de Romani Pontificis authoritate.

Exodus.

hanc determinandi potestatem dederit: verum etiam defuncto Petro suis successoribus concesserit (nisi velimus dicere) Deum magis de sinagoga, quam de Ecclesia à se immediatè condita, suoque sanguine redempta, curam habuisse. Est & altera veteris legis auctoritas Deut. 17. cap. scilicet; Si difficile; & ambiguum apud te iudicium esse prospexeris: & iudicum inter portas tuas videris verba variari; surge, & ascende ad locum, quem elegerit Dominus Deus tuus: veniesq; ad Sacerdotes leuitici generis, & ad iudicem qui fuerit illo tépore, quæresq; ab eis: qui iudicabunt tibi iudicij veritatem, & facies quæcunque dixerint, qui præsunt loco, quem elegerit Dominus, & docuerint te iuxta legem eius, sequerisq; sententiam eorum; Nec declinabis ad dexteram: neq; ad sinistram. Qui autem superbierit, nolens obedire Sacerdotis imperio, qui eo tempore ministrat Domino Deo tuo: ex decreto iudicij morietur homo ille; vt nullus deinceps intumescat superbia, si igitur hanc curam habuit Deus de sinagoga; quæ Ecclesiæ futuræ vmbra erat, ac quæ iam compleri debebat, hac inita; multo magis de sancta matre Ecclesia Christi sponsa, id tenédum est. Insipiens quidem est ne dicam vecors, & omni intellectus lumine priuatus, qui sanctæ matris Ecclesiæ Pastorem, non nisi Petrum credat, & ab eius morte vsq; ad hæc tempora proprio esse Pastore destitutam, affirmet. An Deus forsan per quem Reges regnant, & qui Regnorum gubernacula secũdum eius sanctum beneplacitum principibus dispensat, suæ Ecclesiæ prouidere nescit? an magis de téporarijs principatibus, quam de spiritualibus potestatibus, curam habet? vana sunt hæc & blasphemijs plena, sed conuincemus hæreticos alia ratione. Aut regimen Ecclesiæ est optimè ordinatum, aut non: si non, iniuriam facis Christo filio Dei, qui cũ sit sapientia Patris: optimè profectò disposuit Ecclesiæ gubernacula. Si sic, optimè regimen est vnius, ergo ad optimè regendam sanctam Dei Ecclesiam necessarius est vnus, qui ei visibiliter præsit, qui eam gubernat, qui eam regat, qui eam ab inimicorum insidijs defendat: Qui leges sanciat, qui cœremonias instituat; qui eius deniq; festa suo congruo tépore celebrare faciat. Desunt rationes hunc negotio deseruientes. Desunt auctoritates Patrum, qui omnes Romanum Pontificem illũ esse, qui Petro, & in fidei firmitate, & in componendis controuersijs diuino iure succedat? Est testimonium Anacleti in Epistola prima de oppressione Episcoporum, in Epistola tertia de primatibus, & Patriarchis, Euaristi, Alexandri primi in epistola ad omnes orthodoxos: Sixti primi, & Eleuterij ad gallicanas Ecclesias, Pij primi in Epistola ad omnes Ecclesias, Victorij ad Theophilum: Zepherini ad Episcopos in Sicilia constitutos. Marcelli ad Episcopos Antiochenæ Prouinciæ, Eusebij ad Episcopos Campaniæ, & Hetruriæ: Mel-

Confirmatio præcedentis rationis.

Inobediens sacerdoti, moriebatur tpe legis.

Ecclesia nunquam destituta est proprio Pastore à S. Petri morte.

Alia rõ cõtra hæreticos.

Summorũ, & sanctorũ Pontificium testimonia de auctoritate Romani Pontificis.

chiadis ad Episcopos Hispaniarum; Marci ad Athanasium; Iulij ad Orientales Episcopos, & Antiochenos: Damasi ad Episcopos trium Conciliorum Aphricanorum. Innocentij primi ad concilia duo, Mileuitanum, & Cartaginense: Leonis ad Anastasium epist. 54. ad Episcopos Viennenses Prouinciæ, epist. 76. Gelasij ad Anastasium Augustum, & ad Episcopos Dardaniæ, centum Summorum Pontificum testimonia afferre possemus: id comprobantia. Sed dicet Hæreticus; illorum testimonia affertis, qui Pontificiam dignitatem nomine solum sibi vsurparunt. Sed hæreticis respondemus, omnes hos supranominatos Pontifices fuisse viros, vitæ integritate, vbertate doctrinæ, & incorrupta fide ornatos: & vnius solum auctoritas, præferri debet mille rugis, & blasphemijs scelestorum hominum. Sed adducemus etiam sanctorum testimonia. Vide Iræneum qui specialem librum aduersus hæreses edidit; vide lib. 3. cap. 3. Vide Ambrosium sermone 47. de fide Petri, & de excessu fratris sui Satyri cap. 7. Vide Cyrillum in lib. Thesaurorum: cuius ea pars, quæ pontificiam authoritatem comprobabat: quamuis ab hæreticis mutilata fuerit, testatur tamen D. Thomas contra Gentiles, ipsius Cyrilli hoc testimonium. Testatur etiam & Maximi argumentum. Quod cum ex eo quod Paulus Apostolus ad Petri magisterium venit, docuit futuros, vt ad Petri successores Romanos Pontifices in rebus arduis recurrant. Vide Hierorymum in Epistola ad Damasum de nomine hipostasis, & alibi. Vide Bernardum in epist. ad Eugenium 237. ad Romanos 242. ad Innocentium 166. & 189. ad Mediolanenses 131. Vide Augustinum lib. 2. contra Pelagium & Cœlestinum, & contra Donatistas cap. 1. Vide multis in locis. Vide Diuum Gregorium in epist. ad Augustinum Anglorum Episcopum. Deniq; si Doctorũ & sanctorũ patrũ testimonia hic attexere vellemus, à proposito diuertendum esset, & solæ auctoritates librũ cõponere sufficerent. sed dicent Hæretici: Hæc sunt psonalia testimonia. Et nos dicimus, quod si sanctorum patrũ auctoritatibus non credunt, nec eis credendũ est. Nihilosecius afferimus quoque vniuersalium conciliorum, & Prouincialium testimonia, quæ Romanos Pontifices veros Christi vicarios, Petriq; successores fatentur, ad ipsosq; pertinere de rebus fidei determinare, difficilioresque causas, & controuersias componere. Est concilium Nicænum, est cõcilium Calcedonense: cuius meminit D. Thomas in opusculo contra Græcorum errores. Est concilium Constantinopolitanum Quintum, sextum, septimum, & octauum. Est Synodus Romana sub Symacho, & aliud Generale sub Nicolao. Est concilium Lateranense sub Innocentio tertio. Lugdunense sub Gregorio Idem sub Innocentio quarto. Viennense sub Clemente. Florentinum sub Eugenio quarto: vbi facta est concordia Græcorum & Armenorum cum latinis. Est deni-

que

Hæreticorũ obiectio. *Confutatio obiectionis.*

Sanctorũ testimonia de Romani Pontificis auctoritate.

Hæretici quã partem librorum Cyrilli eraserunt.

Pauli aduentus ad Petri magisterium quid significat.

Hæreticorũ cauillum. *Cauilli dilutio.*

Cõciliorum testimonia circa Romani Pontificis authoritate.

que Concilium Tridentinum, sunt etiam multa prouincialia anthoritate Apostolica confirmata. Quid amplius his immoror? Est perpetuus Ecclesiæ mos, quæ in fidei & grauissimarum rerum causis decidendis, semper ad Romanam confugit Ecclesiam; eiusq; Episcopũ vt Pastorem Iudicem, & Doctorem semper agnouit. Quid, quod Principes, Reges & Imperatores omni qua decuit humilitate, huic Ecclesiæ, eiusq; capiti, suam semper curuauere ceruicem. Atqui inflato collo, tumidisq; ceruicibus in eam se opposuere mala tãdem morte dies finierunt suos. Historiæ testantur, alijque codices penè innumeri. Vtinam quæ Romani Pontificis maiestatem, & auctoritatem in libris comprobare videntur, à vobis nec erasa fuissent, nec eraderentur. Sed efficite quod vultis, & potestis. Est veritas infallibilis Dei; ero vobiscum vsq; ad consumationem sæculi. & alibi. & portæ inferi non præualebunt aduersus eam, idest Ecclesiam. Quomodo igitur sceleratorum hominum potestas aduersus Ecclesiam prænalebit, si diabolica potestas & tremit, & adorat, & credit? Sed si nunquam rationes aliquæ vos conuincerent, cogat saltem Summorum Pontificum à Beato Petro Apostolo vsq; ad hæc tempora continua successio: Quæ causa fuit; vt in Ecclesiæ gremio Augustinus remaneret: Quod ipsemet contra Manichæi epistolam constanter affirmat cap. 4. Inquit enim; multa sunt quæ in Ecclesiæ gremio iustissimè me tenent. Tenet ab ipsa sede Apostolica Petri, cui pascendas oues suas Dominus commendauit, vsq; ad præsentem Episcopatum, sacerdotum successio. Quæ sententia verè vos confundit. Nam prius ipsius Manichæi laqueis irretitus fuerat, quibus ruptis & detestatis: ad sanctæ Ecclesiæ gremium (diuina sic disponente Clementia) matris suæ Monicæ orationibus, rediens, in ipsa vsq; ad suæ vitæ extremum continua Summorum Pontificum successione motus: sanctissimè, & laudabiliter perseuerauit. Quod etiam Græcos mouere deberet, ne tantum suæ ecclesiæ, suoq; primati tribuere velint, vt Ecclesiæ Romanæ derogetur auctoritas: quæ verè omnium Ecclesiarum mater est, & Regina: ac ipsius capitis Romani Pontificis maiestas: qui primatum omnium est primas, & sacerdotum omnium sacerdos ac Pontificum omnium Summus Pontifex. Hæc non sunt latinorum persuasiones sed sanctorum quoq; Græcorum Patrum sententiæ, conciliorumq; suorum generalium determinationes. Sed dicent Græci, non negamus Romanã Ecclesiam cunctarum Ecclesiarum matrem; nec Romanum Pontificem cunctorum Pontificum primatem. At nos dicimus, verbis quidem, ac ore fatentur: factis autem & opere negant. Si non negatis obedite, cur igitur anni reformationem non obseruatis? non obeditis, ergo negatis. Sed dicent in eo viuendi modo quem sancti Patres nostri sequuti sunt: permanere volumus. At nos dicimus sanctos eorum

Mos Ecclesię perpetuus.

Principes terræ subiiciunt se semper Romano Pontifici.

Ratio potissima ex successione Romanorũ Pontificum.

perseuerãtia D. August. in fide, ex successione Romanorũ Pontificum.

D. Augustini Conuersio.

Romana Ecclesia omniũ ecclesiarũ mater.

Romanus Põtifex sup oẽs Pontifices.

Græci nõ obseruant anni reformationem.

S. Patres Græ

ri patres Romanam semp venerasse Ecclesiam, eiusq; caput Summũ Pontificem; ipsiusq; præceptis,& determinationibus semper paruisse; idq; vt reliqui efficerent: scriptis declarasse, concilijsq; suis generalibus vnanimi voto, & consensu determinasse. At videmus iam Græcos turcarum captiuos ac extra eorum regiones ferè dispersos, idq; iusto dei iudicio ob eorum peccamina, & minimam erga sacrosanctam Romanam Ecclesiam eiusq; Summum Pontificem deuotionem; & faxit Deus pro sua infinita misericordia: ne ad vltimum animæ interitum deueniant. Verum, quia non est præsentis instituti hæc tractare, & similium omnia afferre: sat sint hæc pauca pro confundendis hæreticis, & Græcis nolentibus nouam anni recognitionem obseruare. Si tamen hæc fusius videre desideras, extant doctissimæ probationes Diui Thomæ quarto contra gentes, cap. 76. extat Ioannis de Turrecremata Cardinalis opus insigne de auctoritate Papæ. Extant & Caietani Cardinalis de auctoritate Papæ, & Concilij eruditissimæ elucubrationes ad Nicolaum à Fisco Cardinalem; extat & eius Apologia ad eundem, extat deniq; eius tractatus de primatu Romanæ Ecclesiæ ad Leonem decimum Pontificem Maximum. Extat Melchioris Cani Episcopi Canariensis, liber sextus de Ecclesiæ Romanæ eiusq; capitis auctoritate, inde locis theologicis: Omnes ordinis Prædicatorum lumina clarissima, & splendidissima.

Margin: Ci semper venerati sũt Romanam Ecclesiam. Græcorũ punitio, & causa. D. Thomas. Io. de Turrecremata. Caietanus. Melchior Canus.

De auctoritate Papæ circa anni correctionem. *Cap. XVI.*



ERVM his sic dilucidatis, ad nostrum redire oportet intentum, vnde diuerteramus: malitia sic exigente hæretica, probabimusq; ad Romanum Pontificem ptinere, suiq; muneris esse anni recognitionem. Iam dictum est Ecclesiæ regimen esse optimè institutum, & ordinatum, optimum autem regimen vnius est: ob id necesse est, vt in Ecclesia Dei sit vnus qui omnibus præsit; hunc autem esse Romanum Pontificem, iam demonstrauimus. Verum, quod optimum regimen vnius sit, ex eo robur trahit, quia cum finis regiminis sit pax, quæ in vnitate stabilitur: vnus melior erit causa vnitatis quàm multi. Et nisi in republica multi in vnam, eandemq; sententiam conuenirent, vnumq; respicerent: bonum non esset regimen; nam finis illius regiminis non esset pax, ob id non vnitas. Vnde, & videmus in Serenissima Venetorum Republica omnes vnum creare ducem, quem & respiciunt, & illius inter omnes prima est sententia. Quare ab effectu videmus, principatuum multitudinem maximè naturæ refragrari. Ideo Aristotiles etiam post tot philosophiæ editos textus, & libros: in vltimo Metaphysices conclusit vnum esse Principem à quo cœlum, & tota

Margin: Ratio potissima de auctoritate Papæ circa anni recognitioné. Finis regiminis.

tota Natura dependeret. Ergo in sancta Dei Ecclesia cum ita sit, vnus qui præest, & regit: erit causa pacis & vnitatis. Vnire igitur debet omnes fideles, ne dum in obseruantia mandatorum Dei: sed in celebritate festorum eius; qui omnia pro nobis effecit. Inter autem omnes solemnitates præcipua est Paschæ solemnitas, in qua Dominus noster Iesus Christus confractis mortis viribus, & dirutis infernorum portis ereis, vectisq; ferreis euersis: è sepulchro potenter resurrexit; dans nobis quoq; spem in vltimis mundi diebus, mortem cum vita fæliciter commutaturis. Ergo ad ipsum pertinebit, vt hoc præcipuum salutis nostræ festum suo tempore celebretur. Alioquin vbi esset supremi Pastoris diligentia, sique à Domino pro omnium salute patrata fuerint, alio quàm suo tempore in memoriam celebritate reuocarentur? & cum ita sit, cuius muneris erit, hæc statuere, & præcipere? eorum forsan, qui vel extra Dei existunt Ecclesiam, vel qui in rebus diuinis intromittere se non debent? aut necessum esset vniuscuiusq; sigillatim sententiam accipere? deliramenta sunt hæc. sufficit grauissimorum hominum sententias audire, illas deinde discutere: postremo, vt qui præsit, illud obseruare faciat, regia, seu imperiali (si opus est) vtendo potestate: nam Reges, Imperatores, & Principes omnes, ecclesiasticæ prorsus subduntur potestati, ob id parere, & suos subditos vt obediant: coercere tenentur. Id probare possemus, plerisq; sacræ scripturæ auctoritatibus, antiquo Ecclesiæ vsu: summorumq; Pontificum vetusta auctoritate; qui (vt in subiecta stemus materia) cum plerosq; fidelium sacrum Pascha non die suo celebrare inspexissent (nā alij quartadecima luna, vt mos est hæbreis, alij non die dominico celebrabant) auctoritate Apostolica coercerunt die suo sanctum hoc festum celebrari. Verum inferius hæc quoque tangemus. Cæterum vnica sed demonstratiua ratione (vt speramus) conuincemus hæreticos. Qui, etsi nolint Romano Pontifici hāc de anno recognoscendo attribuere potestatem, ad ipsum tamen hanc pertinere recognitionem, velint, nolint: ostendemus. Non minor quidem est Summus Ecclesiæ præses Pontificibus ethnicis, quinimo tanto maior his ille perpenditur: quanto hi demoniorum erant pontifices; Romanus vero Pontifex Christi Dei simul, & hominis. Nec minor quoq; Christianissimi Pontificis potestas, ethnicorum potestate Pontificum, cum hi à seipsis illam acceperint: Romanus verò Pontifex à Christo Domino & potestatem, & regiminis auctoritatem habet: sed ex historijs fit manifestum Pontifices ethnicos annum correxisse, idq; seruatum esse apud eos, luce clarius constat: ergo multo magis ad summum Ecclesiæ præsidem id pertinebit. Syllogismi vis explicatur, vno tantum quod mihi instar est omnium exemplo: Cæsar etenim suo Pontificatu Maximo annum correxit. Magna quidem

Romanus Pōtifex vnire bet omnes fideles in celebratione festorum Dei.

Paschæ festū celeberrimū inter omnes festiuitates.

Principes omnes ecclesiasticæ subduntur potestati.

Demonstratio cōuincēs hæreticos de auctoritate Papæ circa anni correctionem.

Diuersitas ethnicorum Pontificū, & Christi in potestate.

Cæsar suo Pōtificatu Maximo annū correxit.

Dei

Dei permissione, qui prauidens in sua Ecclesia id aliquando fore: permisit Pontificem ethnicum tunc annum recognoscere, vt Pontificem Catholicum in Ecclesia quandoq; id etiam efficere posse: discerent posteri; ad obstruendum certè os loquentium iniqua contra Romanum Pontificem id effecturum. Cur igitur Romanus Pontifex non poterit, si ethnicus id potuit & effecit? præferri ne debet ethnicus Pontifex,& Imperator, Pontifici Christiano, & Principi? vellemus certè dilutionem. At suspicamur rationi non posse responderi. Sed ob odium erga pijssimam, & communem matrem nostram sanctam Romanam Ecclesiam, à cuius gremio infelices discedunt; in perniciem animarum suarum: eam malignari, vtiq; fatemur. At dicant quod volunt, efficiantq; quod placet: negare quidem nunquam poterunt, ideo Romanum Pontificem annum recognouisse: quo festa Pascalia ritè rectèq; celebrarentur in posterum. Ad quem igitur pertinebit, si sui muneris esse vos minimè latet? Cæterum dicet hæreticus, assentior dictis: esto ad Romanum Pontificem spectare, vt misteria pro nostra salute à Deo effecta obseruentur diebus suis; sed quid opus erat annum corrigere? respondemus, non nisi vt misteria salutis nostræ à Deo effecta: diebus suis obseruarentur. Quod vt rectè efficeretur, sciendum est duo iuxta Ambrosium in Epist. 83. in solemnitate Paschæ esse obseruandæ: quartamdecimam lunam, & primum mensem, qui dicitur nouorum: quando accidit æquinoctium vernum. Qua propter, etsi ante anni correctionem celebratum fuerit sanctum Pascha, non tamen semper his conditionibus: imò sæpè quartadecima luna secũdi mensis, & aliquando diebus inter quartamdecimam lunam, & vigesimamprimam, secundam, & tertiam occurrentibus: contra sanctorum Patrum Concilij Nicæni decreta, & sanctiones. Ita vt à Concilio vsq; ad Gregorianam recognitionem, diebus decẽ & paulo amplius vernum æquinoctium, vbi Pascha sanctum celebrandum est: in antecedentia progressum fuerit. Quomodo autem hoc factum est, nunc inuestigabimus: simulq; ostendemus tot dies subtrahi debere ab anno communi; quo à Nicæna Synodo vsque ad hæc nostra tempora præcucurrerunt.

Hæreticorũ odium cõtra ecclesiam.

Hæreticorũ postulatio.

Responsio ad quæstionem.

Causa correctionis anni.

De Aequinoctiorum anticipatione. Cap. XVII.



INVESTIGANDA est igitur æquinoctiorum varietas,& anticipatio:& primo diuersa illustrium virorum positio iuxta diuersa tempora. Sciendum igitur est æquinoctij verni sedem in sui Calendarij institutione, octauo Calendas Aprilis Cæsarẽ statuisse: non in octauis signi partibus (vt Eudoxus,& Meton veteres Astrologi, à quibus solsti-

Cæsar vbi statuit æquinoctium vernũ.

Eudoxi, Methonis,& Hi

solstitia,& æquinoctia sumi voluerunt) sed in primis (vt Hyparchus) nam & brumale solstitium in primis Capricorni partibus statuisse, placuit: cum & anni initium à Ianuario sole in octaua Capricorni parte existente: sumi præceperit (si verum est id, quod Ioanni Genesio Sepuluede Gaspar Cardinalis Contarenus scribit: & Sepulueda Cardinali.) Ouidius tertio fastorum, septimo calendas Aprilis statuit: tribus diebus post festum Mineruæ quinquatrium, aut Palladis, quod 22. Martij fiebat. Octauo, Macrobius, Plinius, & Columella. Isidorus etiam teste Beda octauo calendas mensium suorum solstitia & æquinoctia omnia fieri docuit. Anatholius Alexandrinus laodiceæ Vrbis Syriæ Episcopus, vndecimo calendas Aprilis: sicut erat Ptolomei tempore, anno Christi centesimo trigesimo secundo; seu vndecimo calendas Aprilis hora secunda post meridiem fuitq; is annus salutis 140. iuxta Hieronymum Cardanum lib. 2. de rerum varietate, iam recognito cap. 11. Aliquando fuit repertum 15. Calendas Aprilis, iuxta Bordinum in sua Chiliade, responso 245. Nicænum Côcilium 12. Calendas Aprilis decreuit, quemadmodum illo reperiebatur tempore; ante verò reformationem Calendarij per Gregorium XIII. quæ 1582. die quinta Octobris facta fuit: quinto & sexto Idus Martij; tanta est æquinoctij verni varietas & anticipatio. Anticipauit etiam æquinoctium à Cæsare diebus vndecim, & amplius, iuxta aliquorum doctrinam. Nam Iulius Cæsar cum veterem Romanorum consuetudinem circa principium anni aboleuerit (Romani enim anni initium calendis Martij sumebant) anni exordium non à Calendis Martij, sed Ianuarij (vt Græcis vsitatum fuit) sumendum esse statuit; quamuis & ante eum Numa Pompilius. Cumque in ipsis octauam constituerit Capricorni partem, iam nostris temporibus astronomica supputatione deprehensum est: vigesimam ferè solem obtinuisse. Anticipauit, & à Concilio Nicæno diebus decem & paulò amplius. Dictum est enim die vigesimaprima Martij, sicut inuenerunt Patres, statuisse: his tamen diebus in die decima Martij, & amplius reperiri cognouimus. Sed non solum à Cæsaris tempore anticiparunt æquinoctia, verum etiam semper ab annis quadringentis ante Christum vsq; ad Albatenium, qui annis post Christum nongentis floruit: anticiparunt augendo (vt Hieronymus quoq; Cardanus libro & capite prærecitatis insinuare videtur) post Albatenium verò anticiparunt sed minuendo. Cum igitur ita sit: necesse erat festa mobilia non tempore suo celebrari, sicuti & Concilium Nicænum celebrari præcepit: quoniam hoc tempus Ecclesia obseruat. Cumque à sede sua æquinoctia abierint, vernale præsertim, oportebat calendarium emendare: vt rectè celebrare Pascha potuissemus; quæ post lunæ oppositionem, quæ verno æquinoctio proximè succedit celebranda

parchi opinio de initio æquinoctiorum, & solstitiorum

Solstitiũ brumale & anni initium, vbi statuit Cæsar.

Ouidij sententia de æquinoctio verno.

Macrobius, Plinius, & Columela.

Anatholius Alexandrinus.

Bordinus.

Initium anni iuxta Romanos.

Principiũ anni iuxta Cæsarem.

Aequinoctij verni anticipatio à Concilio Nicęno.

Aequinoctiorum anticipatio à quo tẽpore cœpit.

Ratio emendationis calendarij.

Dionysij Abbatis error, de sede firma æquinoctiorum.

da est: hanc ob causam quoq; aureus numerus huic negotio deseruiens, sedem suam anticipauit. Quare manifestus est error Dionysij Abbatis Romani cognomento exigui, qui in suo computo Paschali anno Domini 526. æquinoctium vernum firmam, & immobilem habere sedem duodecimo calendas Aprilis docuit: nescio qua fretus ratione, aut demonstratione motus: nisi in experientia anticipationum superiorũ æquinoctiorum. At etiam ante Christi tempora æquinoctia omnia anticipata fuisse, nunc augendo, nunc minuendo; ex octauæ spheræ motu, clarè deprehenditur; quod & nos inferius quoque, ostendere curabimus. Cæterum vt prædicta lucidius habeantur: singula examinare opere precium est. Quod Cæsar 7. vel potius 8. calendas Aprilis vernum æquinoctium statuerit: ethnicæ lectiones ostendunt; quinimo Diuus Ioannes Chrisostomus in Sermone de Natiuitate Ioannis Baptistæ, apertè testatur Cæsarem æquinoctia, solstitiaq; perscrutatum; vernum æquinoctium octauo calendas Aprilis fixisse. similiter cum prophani, tum quoq; Christiani auctores id asseuerare, certum est; nec potest in dubium verti. Quod Ouidius 7. statuerit: id tertio fastorum cecinit.

D. Io. Chrisostomus.

Ouidius.

Tres vbi luciferos veniens promiserit eos:
Tempora nocturnis, æqua diurna feret.

Cæsar 8. partibus suorum signorum æquinoctia, solstitiaque posuit, iuxta Pliniũ.

Manilij sententia de solstitio hyberno in 8. Capricorni parte.

Quod autem in primis signi partibus æquinoctia solstitiaq; Cæsar posuerit, pace virorum illustrium id sentientium: id in dubium reuocari potest; refragari namq; videtur priscis lectionibus. Quandoquidem habemus pro certo ex Pliniana lectione lib. 2. cap. 8. æquinoctia in octauis partibus Arietis, & Libræ (quod quidem de solstitijs confirmare videtur) eo tempore fieri: cuius rei quoq; mentionem facit Ioannes de Sacrobosco in suo Computo capite de Cyclo solari. Sed de solstitio hyberno Manilius lib. 3. cap. 2. apertè cecinit, post solis ingressum in octauam Capricorni partem octauo die fuisse solstitium: his quidem versibus.

Hic cum per gelidas hyemis summotus in austro,
Fulget in octaua Capricorni parte biformis
Tunc angusta dies, &c.

Cæsaris tempore æquinoctia, solstitiaq; in octauis signorũ partibus iuxta veritatem minimè fiebant.

Loquitur de solis meatu in octauo Capricorni gradu, tunc fieri diem breuissimam: & per consequens solstitium, quod certè de reliquis, tum solstitio æstiuo: tum duobus quoq; æquinoctijs proportionaliter intelligendum est. Igitur Cæsaris tempore in octauis signorum partibus æquinoctia, solstitiaq; fiebant: atque in ipsismet solstitia, æquinoctiaq; Cæsar posuit. Vtrum autem id sit verum, vt eo scilicet tempore æquinoctia, solstitiaq; in octauis signorum partibus (reuera) acciderent: obseruationes astronomicæ omnino reclamant; cum ingrediente sole in primum Arietis punctum, vernum fiat æquinoctium:

ctium: ac propterea idem esse ingressum solis in Arietem, & æquinoctium vernum: inficiari minimè potest. Quare errarunt veteres ante Christum, qui vel quatuor, vel quinque diebus post solis ingressum in Arietem, dixerunt fieri æquinoctium vernum; nec defendi possunt id dixisse; quia posuerunt initia Arietis octauæ sphæræ esse in Piscibus Nonæ: ac propterea initium orbis octaui fuisse ante principium nonæ in qua nona fiunt æquinoctia. id certè nihil valet: cum Nona sphæra, nondum ab eis cognita fuerit. Propter hanc quoq; causam errauit Cæsar ponens vernum æquinoctium diebus quatuor, vel quinque post solis ingressum in Arietem. Nec valet dicere, quod posuerit æquinoctium in nono gradu octauæ sphæræ, estimās suo tempore initium octauæ fuisse ante initium nonæ quatuor gradibus: nempe in 26. gradibus piscium, duabus de causis. primo quia nona sphera non fuit à Cæsare cognita, secundo quia motus solis, & errantium syderū iuxta octauæ sphæræ rationem, non alterius computandi sunt: cū Sol, & Planetæ sub Ecliptica octauę (reuera) discurrant, non alterius: quia Aries initium est veris. Igitur idem est ingressum solis in Ariete: & æquinoctium vernum. Quare, ex hoc errore factum est, vt æquinoctia omnia, solstitiaque: citius solito fit anticipata. Quod si dixeris, hanc ob causam errasse veteres, quia iuxta octauæ sphæræ motum planetarum loca computabant: nec id valet, cum non propter id: sed propter motum illius sphæræ multiplicem ab eis incognitum. Quod si rursus obieceris, male Plinium in 8. partibus signorum suorum æquinoctia, solstitiaq; posuisse: ac propterea Cæsarem ibidem vtraq; constituisse, minimè credendum est: videant alij. Clarūm namq; est à Plinio, à Manilio quoq; id asseuerari: ac ob id obseruatum à Cæsare. Manilius etenim Augusti temporibus floruit: Plinius vero non multum. Quod si multum dixeris, vel à superioribus libris id Plinius excerpsit: ergo Cæsaris tempore id erat in obseruatione; vel quod tempore Plinij id obseruabatur: Ergo multo magis tempore Cæsaris.

Veterum error authorū.

Nona sphæra incognita antiquis.

Error Cæsaris.

Nona sphæra ignota Cæsari.

Idem est ingressus solis ī Ariete, & æq. noctiū vernū.

Obiectio

Responsio.

Alia obiectio

Obiectionis dilutio.

De varia anni obseruatione. Cap. XVIII.



VNDE autem ortum habet æquinoctiorum anticipatio, & variatio: inuestigandum est. illa equidem ex inæquali anni quantitate causam habet: sed non principaliter. Verum prius examinandum est, quæ anni obseruatio apud antiquos & Romanos fuit: quo res clarior fiat. Antiqui (vt Hebræi & Græci) suos menses à luna sumentes, anno duodecim menses adaptauere lunares, hac moti ratione: quia signiferum, quem anno sol perlustrat: luna duodecies explet, cum autem solari anno hos menses non penitus proportionari viderēt, dies

Antiquorum obseruatio circa annos, & menses.

addiderunt vndecim,quos in epactarum constitutione tetigimus: vt lunæ motus, solis motui in signifero peracto corresponderet: & hinc intercalationem sumpserunt. Anni vero diuisionem in menses duodecim ab hæbreis originem sumpsisse,scribit Iosephus libro antiquitatum primo, & quarto: licet diuisionis auctorem Cingium Sabinorum Regem alij dicant: vt in primo quoque tetigimus lib.cap.19.

Anni diuisio in menses, à quibus?

Ægyptij vero antiqui annum faciebant bimestrem, eorum Rex Ptolomeus,quadrimestem fecit: Arcades trimestem: Arcananes, & Carij sex mensium. Hæc omnia à Iosepho,& Plinio: quorum auctoritati multum tribuendum est. At ex Romanorum viris,Romulus eorum Rex primum calendarium fecit, (teste Marco Varrone) & Annum (vt Macrobius primo saturnalium,& Solinus in libro de mirabilibus mundi scribunt) 304. diebus compleuit: sicq; annum decem mensibus instituit, & primum mensem Martium esse voluit: quem genitori suo dicasse,Ouidius tertio fastorum,sic cecinit.

Annus Aegyptiorum antiquorum: Ptolomęi Regis, Arcadum Arcananum, & Cariorum. Romulus Calendarij institutor. Annus Romuli, & primus mensis.

A te principium Romano ducimus anno:
Primus de patrio nomine mensis erit.

Idem sentiunt Solinus in polystore cap.3. & Macrobius primo saturnalium. Verumtamen in honorem sui aui Martis. vnde idem Ouidius.

Martis erat primus mensis,Venerisq; secundus:
Hæc generis princeps,ipsius ille pater.

Numa vero Pompilius eorum Rex secundus,Anno dierum 304. prius instituto ob maximam eius inæqualitatem,dies addidit quinquaginta: & sic ad lunæ motum reduxit. sed paulo post in numeri imparis honorem (auctore Macrobio) menses alios dierum 31. alios 30. fecit; Februario excepto. Intercalationem quoq; more Græcorum; octauo quolibet Anno,dierum nonaginta,ex quibus tres menses: tricenorum composuit dierum. Græci vero id patrarunt,quia vndecim dies cum quadrante singulis annis intercalare difficile putabant. idē progreditur Solinus dicens.Græci ergo singulis annis vndecim dies, & quadrantem detrahebant,eosq; octies multiplicatos in annum nouum reseruabant,vt contractus nonagenarius numerus in mēses tres per tricenos dies fundaretur: qui anno nouo restituti efficiebāt dies 444. quos embolismos nominabant.Herodotus autem Græcorum gesta prograediēs, tertio quolibet anno illos intercalare scribit: Romanos vero secundo quolibet anno die 22. Februarij (vt videndum est apud Plutarchum Chæroneum in Numa) Lucidus de vero die Passionis Christi post 23. diem vltimi mensis eos intercalare decernit. Titus Liuius etiam alias intercalationes pronunciat.Addidit ergo Numa Pompilius duos menses anno prædicto: Ianuarium scilicet & Februarium. Vnde Ouidius primo fastorum cecinit.

Additio dierum anno Romuli à Numa Pompilio. Mensium cōstitutio iuxta Numā & anni sui intercalatio. Solini opinio de intercalatione Græcorum. Herodoti sententia de intercalatione Gręcorum & Romanorū. Numa Pompilius quos menses addidit anno Romanorum antiquo.

At Numa nec Ianum, nec auitas præterit vmbras:
Mensibus antiquis addidit ille duos. Et secundo.
Qui Ianum sequitur, veteris fuit vltimus Anni.
Huncq; primum mensium, & Anni, esse constituit: tanquam bicipitis Dei mensem, respicientem, & prospicientem transacti anni finem: futuriq; principium, Vnde Ouidius primo fastorum. Ouidius.
Iani biceps anni tacitè labentis origo. & secundo.
Primus erat Iani mensis, quia ianua prima est.
Cæterum, Iulius Cæsar Imperator semper Augustus, rerum cælestiũ (teste Firmico) peritissimus, horum circa annos ineptas intuens obseruationes: vel Ægyptiorum auxilio, à quibus Anni quantitatem (Appiano & Macrobio testibus) didicerat, vel potius Sossigenis inter mathematicos illius ætatis facile principis: annum ante Christi Saluatoris nostri ortum 45. anno, ad solis cursum redegit: ita vt spacio dierum 365 cum quadrante, totum Zodiacum sol motu suo expleret: quarto quoque anno mensis intercalaris constitueretur, atque huiusmodi intercalationem in 24. Februarij die, non in extremũ Anni tempus (vt apud Hebræos, aliasq; gentes fiebat, terminalibus iam peractis) interserendam statuit: principiumq; Anni à Ianuario, in cuius calendis (iuxta Plutarchum) primos Consules Romani crearunt: ac anni caput vocarunt, sequutus in hoc græcam consuetudinem. Verum Gaspar Cardinalis Contarenus in Epistola quam Sepuluedæ scribit, à bruma annũ sumere initium sentit: & si à tporibus Cæsaris non à die brumæ, sed octauam post brumã ceperit, id accidisse: quoniam in anno constituendo solis motum obseruare Cæsar iudicauit; in mensibus lunæ cursum. ideo post brumam, nouam lunam expectauit: quæ calendis Ianuarij facta est in octaua Capricorni parte; & hæc est causa, cur etiam Ianuarij calendæ octo diebus post brumam protractæ fuerint: idq; iuxta Pauli quoque à Migdelburgdio forosempronienfis Episcopi opinionem. Verum à Sepulueda in Epistola quam de anni ratione Cardinali scribit, huiuscemodi sententia reprehenditur quo ad hoc: quod menses ad lunæ rationem accomodare Cæsar putauerit: sed quod tum ad fastorum sibi conficiendam rationem accomodatius, tum in veteratæ sacrificiorum consuetudini conuenientius visum est Cæsari à noua luna Ianuarium mensem inchoari: saltem eo anno vnde 19. annorũ circuli ab ipso traditi principium sumendum, ac repetendum erat; sed aliter cadente: non putauit prorsus sibi esse à more maiorum & sacrificiorum consuetudine & temporibus recedendum. Erat enim vetus consuetudo, vt à bruma li solstitio annum inchoarent: primum vero mensem, hoc est Ianuarium à noua luna; quæ proxime brumam sequeretur: Februarium à secunda, & cæteros eodem modo. quo fieri necesse erat, etiam in ma-

Iulius Cæsar primus redegit annũ Romanorum ad cursum solis.

Annus Cæsaris, & eius intercalatio.

Cardinalis Cõtareni sententia de anni initio.

Sepuluedæ opinio cur Cæsar à noua luna exordium anni, & mẽsis eo tpe sũpsit.

Consuetudo antiqua de ĩceptione anni, & de primo mense.

xima sacerdotum fide, ac diligentia: vt non semper in octauam post brumam diem, esset noua luna. Verum vtromodo sit, aut scilicet anni principium à bruma inchoet, aut octaua post brumam die, hoc est in Ianuarij initio: parum, aut nihil nostro obest instituto; præcipua enim intentio nostra ea est, vt anni quãtitatem inuestigemus: & quæ à Cæsare potissimum instituta est. De anni vero inceptione manifestum est ex veteribus scriptoribus etiam ante Cæsarem, tempore scilicet Numæ Pompilij annum à Ianuario initium sumpsisse. Cumque octauo calendas Aprilis æquinoctium vernum Cæsar constituisset, testibus Collumela libro duodecimo de re rustica cap.2. Plinio: Macrobio: & alijs quamplurimis: satis constaret (nisi Plinij, ac Manilij reclamaret auctoritas) hybernum solstitium non calendis Ianuarij: sed vel octauo, vel septimo calendas Ianuarij fecisse. Quod autẽ Sepulueda explodit: bene facit. Nam Cæsar varietatem superioris rationis, & inconstantiam anni pertesus: quæ in mensibus constituẽdis lunæ cursum sequebatur; & annum, & menses ad solis motum referri voluit. Sit ergo res vtcumque constat annnm à Cæsare diebus 365. horis sex conditum, habita ratione quadrantis, quarto quolibet anno, qui cum octauo Calendas Aprilis, vel (vt Ouidio placet) septimo Calendas vernum æquinoctium inseruisset: ante Gregorianam Calendarij correctionem, sexto vel quinto Idus Martij deprehensum est. Ergo quantitas anni Cæsaris, haud anno solari cœlico conuenit. Cum igitur tot diebus anticipauerit, nempe quindecim diebus, & paulo amplius (iuxta has hypoteses) constat causam anticipationis æquinoctiorum ab anni quantitate inæquali prouenire. Itaque anni Cæsarei quantitas non est præcisa dierum 365. & sex horarum: sed excedit veram ad Alphonsinam relata; quæ paulo minor est: nempè minut. 10. secund. 44. ferè. Et quamuis ita sit, nihilosecius minuta illa quæ singulis quatuor annis superexcrescunt: per multum temporis tractum ad plures deuenerunt dies; ita vt omnia loca æquinoctia commutarunt: quæ non commutassent, si vera anni quantitas fuisset semper dierum 365. horarum sex; sed stabilem sedem atq; firmam habuissent: oppositum tamen deprehensum est.

Anni ĩceptio à quo mense etiã ante Cæsarem.

Hybernũ solstitium iuxta Cæsarem.

Annus Cæsaris, & suum æquinoctium

Cæsaris ann' non est præcisus: sed excedit verum.

Aequinoctia loca sua commutarunt.

De Anni solaris ratione, eiusq; quantitate. *Cap. XIX.*



ANNI quantitatem veram hic referendam censuimus, vt rectam æquinoctiorum anticipationem scire possimus: idq; iuxta diuersorum placita (Veram dicimus, vt opponitur falsæ: non autem æquali, aut mediæ) sed in primis anni rationem requiramus. Annum, redditũ solis ab aliquo puncto Eclipticæ mobilis in idem: dixit Thebit Bencorat.

Anni definitio iuxta Thebit, & cãpanũ

corat. hoc est reuersionem solis ad stellam, non ad Arietis initium: quem sequutus est Campanus. quemadmodum etiam antiqui omnes solis reuersionem ab aliqua stella fixa ad eandem dixerunt: siue solis conuersionem in suo eccentrico. Ptolomæus dictione tertia Almagesti de quantitate anni elicienda, & ante ipsum Hyparchus,& Abrachis: annum solis reuolutionem à primo æquinoctij puncto,vel solstitij: vsq; ad idem punctum. Communiter tamen posteriores, et doctores sancti,annum esse dicunt,solis reditionem in idem punctũ: à quo motu proprio profectus est. Basilius in Hexameron cap. 6. solis annus est,cum ad idem punctum, vnde profectus est: sua motione redierit. Beatus Ambrosius lib.4.cap.5.solstitialis annus est,cum sol expleto per omnia signa circuitu: in id, vnde principium sui cursus sumpsit: recurrit. Eodem quoq; modo omnes fermè annum definiũt: quorum auctoritates citassem: si prolixitate lectores afficere,tædio minimè veritus essem. Verumtamen Alphonsi regis inclyti, & Ioannis de regio monte,de anno definitionem referre,opere precium est. Qui intimius speculantes,& scientificè: annum,dixerunt solis redditum ad eundem Eclipticæ fixæ punctum: tam quo ad latum, quàm quoad longum: per arcum orbis magni, à polis eclipticæ fixæ ductum,in centrum solis: atq; in eundem punctum,in quo prius sol fuerat: terminatum. idque,adiuuante Azraele Tabularum alphonsinarum auctore; quem sequutus est etiam Peubarchius, & pleriq; cœlestium doctissimi. Thebit igitur cum suo Campano, cum annum sic sumpserit: fecit eum dierum 365.hor.6.¼min.9. sex 12. maiorem Cæsareo min.9.sec. 12.Cumq; (vt diximus) sic definierit,motumq; stellarum non rectè statuerit: neglecta opinio eius est. Ptolomæus verò annum suum sic definiens: fecit eum dierum 365. cum quarta vnius, minus trecentesima parte diei: hoc est min.4.secund.48.ergo quantitas est dierum 365.horarum 5.min.55.secund.12. nam quolibet die naturali sentit solem motu æquali, seu regulari moueri gradibus 0. min.59.sec.8.ter.17.quar.13.quin.12.sex.13.est igitur minor anno Cæsaris min.4.sec.48.Iuxta Ptolomæum,in annis 1500. ab emendatione Calendarij per Cæsarem,æquinoctium diebus quinq; anticipasset: vt lucidus de emendatione Calendarij cap.1. refert. Quod & Cardanus lib.2.de rerum varietate cap.11.affirmare videtur.Vbi cum Ptolomęi tempore æquinoctium vernum celebratum inuenerit die Martij 21. hora post meridiem 2.eratq; annus salutis quadragesimum super centesimum,& anni quantitas modo iam exposito: ex supputatione, solis ingressum in Ariete reperit die decimasexta Martij horis post meridiem 8.min.48.eratq; is annus salutis 1555. cum tamen ante Calendarij Gregoriani correctionem, quasi semper die decima figeretur. Ab anno igitur salutis 140.in quo Ptolomæus florebat, vsq; ad Cardanum

Annus iuxta antiquos.

Annus iuxta Ptolomæum, Hyparchum, &Abrachim.

Anni definitio iuxta Basilium,& Ambrosium.

Annus iuxta Alphonsum, & Io. de Regio Monte.

Anni Thebit quantitas.

Anni Ptolemaici quantitas.

Solis motus æqualis i die naturali iuxta Ptolomęũ.

Aequinoctij verni anticipatio iuxta Ptolomæum.

Defectus anticipationis æquinoctij iuxta Ptolomæum.

danum qui anno 1555. viuebat: esset differentia dierum 5. hor. 7. & à Cardano vsq; ad anni reformationem paulo amplius. Non igitur anni quantitatem Ptolomæus assequutus est. Quare, & ab ipsomet in libello de temporum, & motuum erraticarum restitutione cap. 2. ob quatuor causas, ab anni vera quantitate recessisse reprehéditur: quia scilicet velociorem statuit motum fixis stellis, quam deceat, quia anni initium non ex capite Arietis sumpsit, sed ex æquinoctio; quia motum abauge auferre visus est, quia deniq; sui anni mensura non prorsus obseruationibus congruit. Propter has causas ab anni vera quantitate recedendo: non est mirum, si æquinoctia tardo incesserunt motu. Alphonsus Hyspaniarum Rex inclytus, qui æram suam anno Domini 1251. annotauit, & vt annotaretur quadraginta millia aureorum soluit: cum motum deferentis corpus solis super centro suo dicat esse graduum. o. minut. 59. sec. 8. ter. 19. quar. 37. quin. 13. sex. 56. anni quantitatem docuit dierum 365. hor. 5. min. 49. sec. 15. ter. 58. quar. 51. quint. 12. inter huiuscemodi quantitatem, & Cæsaream: discrimen est minutorum decem: sec. 44. ter. 14. vnius horæ iuxta Reinoldum, tantundem enim illa minor est. quæ si aggregaueris per annos 134. diem ferè conficient. Itaq; iuxta Alphonsum prædicta quindecim dierum anticipatio 2010. finiretur. Cæterum Cardani sententia in libello de temporum & motuum erraticarum restitutione cap. 2. est, quod supposita anni Alphonsini quantitate, non annorum interuallo 134. diem emergi videbitur: sed multo amplius; nempe spacio annorum 136. Quod si ita est: spatio annorum 2040. hos quindecim esse anticipatos dies dicendum est. Verum cum præter diem (etiam iuxta Cardanũ) supersint scrupula prima 19. sec. 46. ter. 36. quar. 24. (ex quo concludit quod si annorum interuallo 136. vnum prætermitteretur bisextum: atq; annorum spacio 9928. loco 73. bissextorum dimittendorum, superadito altero vt fiant 74. non numerandi bissexti: solis cursus emendatus prodiret; sed hæc demonstratio neq; est præcisa. neq; solis cursus semper idem erit, vt emendatus prodeat) sequitur quod minus annorũ spacio 136. erit vnius superexcrescentia diei. Verum, sit res quomodolibet, differentia namq; erit annorum triginta: cum ab anno ante Christi ortum 45. in quo Cæsar æquinoctium vernum 25. die Martij statuit, vsq; ad correctionem Gregorianam, non intercesserunt anni nisi 1627. in quibus iam quindecim diebus æquinoctium anticipauit, iuxta anni quantitatem à Cæsare traditã, & locum æquinoctij octauo calendas Aprilis à Cæsare positum: anni alphonsini quãtitas cœlesti quantitati minimè congruet. Albatenius vero in libro de Stellarum motibus cap. 27. 51. & 52. post Ptolomæum 743. annis (ipsomet teste) vel (vt Cardano placet) nongentis post Christum annis annum dierum 365. hor. 5. minut. 46. duarum quintarum

Ptolomæi errores circa anni quantitatem.

Solis motus in die naturali, & anni quãtitas iuxta Alphonsum.

Dierum anticipatio iuxta Alphonsum, quot annis?

Cardani sententia de 15. dierum anticipatione, quot annorũ spatio.

Anni quantitas iuxta Albatenium, & discrimẽ eius à Cæsarea.

rum

rum vnius minuti: hoc est sec.24. fecit. differt à Cæsarea quantitate in minut.13.tribusq; quintis vnius minuti; hoc est in secundis 36 ita vt in annis 106.vnus eliciatur dies. Hanc Albatenij quantitatẽ maximè cælesti conuenire fatetur lucidus cap.1.de emendatione Calendarij, quandoquidem æquinoctium ita quindecim diebus anticipatum inuenitur in annis 1590.ab emendatione calendarij per Cæsarẽ, quod fuit anno Domini 1545. vbi æquinoctium vernum die martij decima inspectum est: ideo Albatenij opinionem ab omnibus amplectendam suadet Lucidus loco iam citato. Cæterum si nos rectè pensemus vnde originem habet principaliter æquinoctiorum solstitiorumq; anticipatio, ac annuæ quantitatis varietas: videbimus etiam nec Albatenij obseruationem esse præcisam (etsi eruditiorem) nec dignos reprehensione viros tum illustres, tum doctissimos: qui si in indaganda anni quantitate adinuicem diffidere inspiciuntur, & rem non exactè tradiderint: iudicari debet, difficile esse veram ipsius quantitatem reperire: vt etiam Ioannes de Regio monte in Epitomate super almagestum Ptolomæi lib.3.propos.2.optimè docuit: idque duabus de causis, prima ob instrumentorum fallaciam, secunda ob octauæ sphæræ motum, accessus & recessus ab Alphonsinis dictũ: trepidationis à Neotericis; quem vt inuenire posset Thebit arabs, quadraginta annis habitauit in monte: nec tamen assequutus est. quid igitur mirum, si in elicienda anni quantitate diuersa doctissimi sentiunt, nec præcisam inuenire potuerunt: atq; si in præcedentia æquinoctia progressa sunt? propter igitur causas nunc tactas (quas & inferius explicabimus) habet excusationem Cæsar, si annum suum in 365.dies, & sex horas diuisit. Deinde cum ex Prutenicarum præcepto 21.annus naturalis sit duplex, sydereus & tropicus: & de sydereo cum sit temporis spatium, quo sol ad eandem stellam in errantem reuertitur: isque diebus 365. & sex horis constituitur hunc non alium Cæsar fecit quamuis vlterius scrupulis primis. 9. sec. 39. anticipet, iuxta Thebit, & Nicolai Coperinci placitum (etsi Thebit sec.12. statuat). Vnde etsi anni Cæsarei ratio haud erudita fuerit, præ cæteris tamen aliarum gentium annis proprium id habuit: quod æquinoctia, solstitiaq; quotannis propemodum statis diebus recurrerunt; ad differentiam anni Aegyptiaci, & Babilonici, qui solum 365.dierũ erat: & æquabilis à Babilonijs obseruatus à Cataclismo; ab Ægyptijs pertinaciter semper obseruatus ab egressu populi Israel: Nam antea lunares honorarunt vsq; ad Diocletiani tempora, qui eos coegit ad anni iuliani obseruantiam: vt sic subiectos se declararent populo Romano; qui olim annum suum magnum ab ex ortu Sirij, seu Caniculæ accomodarunt: cum alioqui æquinoctia & solstitia certis diebus mẽsium nequaquam essent affixa: sed porrò vagerentur per singulos totius

Anni Albatenis quantitas non est præcisa.

Io. de Regio monte.

Thebit.

Cæsaris excusatio de sua anni quantitate.

Annus naturalis duplex, sydereus & tropicus.

Anni ægyptiaci, & babilonici quãtitas.

Initium anni magni Aegyptiorum.

Aequinoctia, & solstitia Aegyptiorũ instabilia.

tius anni dies intra annos 1460.iulianos. Huic rei testimonium adhibet Erasmus Reinoldus mathematicarum rerum doctissimus, in sua Epistola dedicatoria Alberto Marchioni Brandeburgensi & Duci Prussiæ. Similiter aliæ nationes, nunquam æquinoctia atque solstitia firma habuerunt: sed hinc & inde paruo annorum curriculo, aliquo dierum interuallo oberrabant: iuxta verò annum iulianum, nonnisi longo annorum circuitu, velut ægrè (vt dicit idem Reinoldus quarto præcepto de epochis, & earum interuallis) ab ijsdem diuellebantur. Hanc ob causam præcæteris aliarum gentium annis aptissimus accomodatissimusq; est Cæsaris annus ad numerandum scilicet mundi durationem res hominum gestas, sæcula, ætates:& quæcunque alia scitu dignissima. Nam in anno constituendo, mensiumq; distinctione, summo quidem iudicio in dierum interuallo æquali diuisit:nec ægyptios, nec græcos immitari volens; sed annum referens, cum ad magnum ægyptiorum annum: tum quoq; ad græcorum Olympiades. Annus quidem ægyptiorum Cynicus erat annorum iulianorũ 1460. dimidium verò anni erat annorum 730. horum vero quantitas erat annorum intercalarium 182. A prima igitur græcorum Olympiade ad anni iuliani institutionem, dimidiũ anni Cynici præcucurrerat: quod (vt dictum est) annorum erat 730. bisextilium vero 182. More igitur annorum bissextilium, totidem quoq; diebus, quot anni intercalares decursi fuerant, sex primos anni menses constituit: reliquos vero distribuens sequentibus; accomodans insuper diem,& horas sex, vt naturalis esset 365.dierum: intercalaris 366. Quandoquidem 182.gemminati efficiunt 364. addito die & sex horis constituitur 365.&hor.6.in bissextili autem 366. Annus igitur iulianus, etsi non sit præcisus: præ alijs tñ aptissimus est,& comodissimus. Habet & excusationem Ptolomæus, si ex sua anni magnitudine, diebus quinque & non amplius æquinoctia in præcedentia progredi deprehensum fuerit. Nam cum annum dierum 365.hor.5. scrup. prim. 55.sec. 12.fecerit,& iuxta Reinoldi calculum fuerit paulo minor nẽpe scrup. prim. 1.secund. 58.eum semper eundem manere putauit, & immobilem: quia, cum loca omnia planetarum ab æquinoctij loco, seu intersectionis eclipticæ nonæ spheræ cum æquinoctiali computauerit (vnde & initia signorum sumi arbitratus est) illam intersectionem fixam semper iudicauit, & vnum tantum esse Zodiacum fixum; qui semper eandem haberet ab æquatore declinationem. Quo factum est, vt cum planetarum loca iuxta punctum illum, qui est in peripheria parui circuli nonæ spheræ computauerit, eumque immobilem crediderit: anni tropici magnitudo iuxta quam æquinoctia considerauit, inuariabilis remansit; ita vt mirabile sit etiam, si iuxta Ptolomæum tot diebus anticipasset. Causa vero quæ ad id Ptolo-

Anni Cæsarei vtilitas,& laus.

Anni Cynici aegyptiorum quantitas.

Cæsaris modus in anno suo corrigendo.

Ptolomæi excusatio d̃ suo anno.

Anni quantitas iuxta Ptolomæum immobilis.

Planetarũ loca vnde supputauit Ptolomæus.

mæum impulit, ea fuit: quod tunc Arietis caput separatum erat à puncto circuli parui quartæ meridianæ, æquatorem versus accedẽs. Et quamuis ita sit, nihilo secius ex Ptolomaica supputatione, in 300. annis dies intercidit. Habet & excusationem Alphonsus Rex rerum cœlestium restaurator, cum propter causas iam tactas: tum quoque quod in tabularum suarum editione artifices non habuit eximios; meliores enim condidisset, atque anni magnitudinem ad vnguem (vt dicitur) tradidisset. Verum sua anni quantitas quam diebus 365. hor. 5. minu. 49. secund. 16. constari placuit maximè acceptatur à Copernico, ac obseruatur: qui eum annum vocat tropicum, æqualem, ac medium: iuxta cuius magnitudinem loca syderum penès octauã sphæram computanda Cardanus lib. 2. de rerum varietate iam recognito cap. 11. contendit: æquinoctiumq; vernum rectè haberi demõstrat. Nam ibidem inquit, iniustè Alphonsum ab aliquibus reprehendi: qui licet negocium non exactè persoluerit, nihilominus tamen, si iuxta aliorum tabulas syderum loca computarentur: iam pro Ariete libra ascenderet; locaq; essent omnia commutata, cum ad vera æquinoctia referentur. Et paulo inferius sentit, quod sequendo instrumenta, & Alphonsi tabulas; & æquinoctium, ac loca in ecliptica octaui orbis: nec ad vnam partem potest error ascendere, id autem sic probat. Nam vna pars citra æquinoctium ex ecliptica, 24. minuta continet declinationis: hæc autem declinatio est valde sensibilis; igitur habebitur dies æquinoctij. Sed tunc solis locus est propè sectionem eclipticæ, & æquinoctij circuli octauæ sphæræ: quam sectionem iure merito vocare debemus initium Arietis, & non punctum illum parui circuli nonæ spheræ; igitur syderum loca penes octauam sphe ram, non aliam computanda sunt. Verum quæ sit huiusce rei veritas, statim vtcumq;, & fusius alibi (Deo adiuuante) tangemus, & manifestabimus. Cardanus autem quamuis sic Alphonsum defendat, in de temporum tamen & motuum erraticarum restitutione cap. 4. propriam statuit anni longitudinem: minorem alphonsina; dierum 365. hor. 5. minut. 48. sec. 41. tert. 47. quart. 38. quint. 43. sext. 10. iuxta quã geminas tabulas condidit, alteram reuolutionum annorum: alteram verò ascendentium annorũ. Amplius Franciscus Iunctinus Florentinus, Doctor Theologus, & Mathematicarũ rerũ scientissimus, in aditione sua quam supra tabulam reuolutionum stadij facit: extollit anni alphonsini quantitatem, iuxta quam reuolutiones condendæ sunt: cum iuxta ipsius magnitudinem à Gregorio XIII. Pont. Maximo anni correctio facta fuerit; quæ cum per decem dierum sublationem habita sit: vera erit anni alphonsini ratio. Et verè sic est cum sit media inter omnes. Sua itaq; sit cuiq; opinio, mea enim intererit omni, qua decet, reuerentia viros longe doctissimos ex viribus; & vt fieri

Quo anni spatio iuxta Ptolomæum dies intercidit

Excusatur Alphonsus de sua anni quãtitate.

Annus Alphõsinus medius.

Penes quam sphæram, & anni quantitatem syderum loca cõputanda censet Cardan.

Alphonsi defensio p Cardanum.

Anni quantitas iuxta Cardanum.

Anni correctio iuxta q̃ anni quantitatem facta.

poteſt, defendere :·atiam Albatenium. Qui quamuis (reuera) præ cæteris eruditiorem anni quantitatem, ſic repererit: vt ipſa ad Cæſaream comparata, inueniretur recta dierum circa æquinoctium anticipatio: obſtat tamen ipſius lucidi comparatio, quam de anno Albatenij ad Cæſareum facit. Quandoquidem, aut anni Cæſarei quantitas eſt vera, aut falſa, ſi eſt vera: non tot diebus æquinoctium anticipauit, oppoſitum autem deprehenditur: igitur falſa. Ergo anni quantitatem ab Albatenio inuentam, non debet lucidus quantitati Cæſaris comparare: non enim ad falſum fundamentum referri debet, ſed quid faciendum erat? oporteret primò veram anni quantitatem tempore Cæſaris inquirere, & ex illa diem æquinoctiorum: deinde à Cæſare vſq; ad Albatenium, & ab Albatenio vſque ad annum Domini 1545. videre quot dies anticipent. Præterea Cæſaris annus potius eſt ſydereus, quam tropicus, ſed ſydereus non tantum diebus 365. & ſex horis conſtat: ſed (vt diximus) paulo amplius, videlicet ſcrup. prim. 9. ſec. 39. Comparetur itaque anni Albatenij magnitudo ad Cæſaream: non erit recta dierum anticipatio. Sed dicetur, ſufficit comparatio ad annum à Cæſare inſtitutum; ſed tunc regredietur ad primum. Subinde quantitas anni Albatenij eſt quantitas ſui temporis, non alterius. Vnde manifeſtum eſt, quod etſi reſpectu illius comparationis (ſuppoſito quod Cæſar octauo calendas Aprilis æquinoctium ſtabilierit) inuenta eſt dierum anticipatio: nihiloſecius ob rationes aſſignatas aliquam pati videtur difficultatem; & eò magis, quo videndum eſſet, ſi verni æquinoctij diem rectè Cæſar vigeſimaquinta Martij collocauerit. Verum quod annuam Albatenij quantitatem deſtruit, eſt quia ſtellarum motum in centum annis ſemper ſtatuit: vñ euenit, vt in octauo orbe non ſolum ſtationem ponat: ſed amplam retrogradationem. Id autem oſtenditur ex mathematicis ſuppoſitis, quod etiam à Cardano libello & capite ſuperius citatis: demonſtratur. Nam cum 360. diebus quæ 6. ſecūd. notantur min. 3. ſec. 2. tert. 28. quart. 54. reſpondeant ex parui circuli motu, atque ea cauſa æquationis ſec. 28. tert. 30. eodem vero tempore motus in nonam ſpheram fit ſec. 26. tert. 4. igitur in anno retrocedit octauus orbis ſec. 2. tert. 26. non ſolum vt antecedat: ac cum annorum ſpatio 875. quibus dimidia ferè, vna pars peragratur, perſeuerare poſſit: ſequitur, vt toto illo tempore ſtationem pati videatur. Alijs vero demonſtrationibus, quas iam iam faciemus, illuſtrius id oſtendetur.

Prima ratio contra lucidū de annua Albatenij q̃titate.


Secunda rō, quod annus Cæſaris eſt ſydereus.

Tertia ratio.

Vltima rō & potiſſima cōtra annuā Albatenij quantitatem.

De mo-

De motu octauæ ſphæræ, à quo prouenit æquinoctiorum anticipatio.
Cap. X X.


T in huiuſce rei veritate indaganda, ante omnia prætereundum non eſt: quod, etſi ex diuerſa anni quantitate æquinoctiorum anticipationem prouenire dixerimus: nihilominus tamen, vtrumq; ab octauæ ſphæræ motu cauſari manifeſtum erit; atq; ob anomaliam, & motuum multiplicitatem, cum æquinoctiorum variationem accidere: tum anni magnitudinis inæqualitatem. Videamus igitur primo, quotuplex ſit huius ſphæræ motus, & quid vnuſquiſq; eorum: deinde reliqua examinabimus. Octauæ ſphæræ moderniores aſtronomi triplicem aſcripſere motum, nam Thebit, & Ptolomæus duplicem tantum. Primum diurnum, & hunc externum, quo à decima ſphera ſemel in die naturali ſuper polis mundi circumuoluitur: alterum tardiorem, & hunc quoq; externum, communem cum nono orbe ab occidente in orientem ex inerrantium ſtellarum progreſſione animaduerſum: quo motu ſtellarum erraticarum altitudines (quas græci ἀπογεῖα vocant) mutari manifeſtum eſt; & hic motus augium, & ſtellarum fixarum in tabulis appellatus eſt: iuxta Georgium Peubarchium in theorica motus octauæ ſphæræ. Mutantur itaq; iuxta hunc motum planetarum apogea, nam cum Ptolomæi tempore ſolis apogeon in partibus ſex geminorum conſtitueretur: Copernicus in octauo cancri ferè collocauit; nunc ex obſeruationibus in nouem, & paulo amplius aſcendit. Hic autem motus (vt placet Alphonſo Regi, eiuſq; coadiutori Azraeli tabularum alphonſinarum auctori) perficitur ſpacio annorum 49000. ſuper polis eclipticæ immobilibus: ſeu ſuper axe Zodiaci. Conceſſerunt & tertium motum, qui eſt ſibi proprius, & internus: motus acceſſus & receſſus, ſeu motus trepidationis dictus: quamuis motui Thebit, hoc nomen tribuant: perficique volunt ſpacio annorum 7000. circumuoluens ſe ad peripheriam circuli: cuius dimetiens ex orbe magno partes 18. continet. Cæterum, vt res illuſtrior fiat, & certum cuilibet ſit tot motibus ſpheram hanc circumagi: demonſtrationibus nonnullis id oſtendemus, ex diuerſis quidem diuerſorum obſeruationibus. Huius igitur ſphæræ motus multiplices, à diuerſis certè diuerſis temporibus multipliciter obſeruati ſunt: ab Ariſtillide, Arſatile, & Timocari: ab Abrachi, & Hyparco: ab Agria, & Menelao, ſeu Mileo: ab Albatenio: à Ptolomæo: à Thebit: ab Alphonſo Hyſpaniarum Rege: demum à Copernico. Ariſtillides, Arſatiles, & Timocharis, annis ante Chriſti ortum 330. Quamuis Alexandriæ ſtellas obſeruauerint: cum nullas habuerint

Octauę ſphærę motus quotuplex.

Primus octauæ ſphæræ motus.

Secundus octauę ſphærę motus quomodo animaduerſus.

Planetarum apogea mutantur iuxta motum ſecundū octaui orbis.

Perfectio totius motus orbis octaui.

Tertius orbis octaui motus

Periodus tertij motus orbis octaui.

Octauæ ſphęræ motus multiplices à diuerſis obſeruati.

Ariſtillides, Arſatiles, & Timocharis.

priores, cum quibus suas conferrent: nihil posteritati reliquerunt, nisi suas positiones. Abrachis,& Hyparchus, centum & triginta ante Christum annis, suas cum superioribus conferentes obseruationes: non nihil varietatis animaduerterunt. Annis verò post Christum 40.in Bitthinia Agrias, Romæ verò Milæus Geometra; percipere cæperunt prædictam sphæram moueri sensibiliter. Ptolomæus autem post Christum 140.annis, super Zodiaci polis Orientem versus stellas centesimo quoq; anno parte vnica progredi deprehendit. Albatenius Arabs Aractæ annis post Christum nongentis, stellarum motus obseruans, suasq; obseruationes cum Milæi & Ptolomæi conferens: inuenit stellás prædictas 66.annorum interuallo vnum gradum perfecisse. Thebit deinde, vt irregularia motus illius & solaris maximè declinationis saluaret: initia Arietis & libræ octauæ sphæræ,in paruis rotari circulis circa æquinoctialia puncta nonæ docuit: quem motum trepidationis appellauit. Alphonsus deinde ab ipso motu aliqua abstulit, quædam vero adiecit, nempè longitudinis motum ab occasu ad ortum: ex quo tribus moueri motibus eliicuit;diurno;longitudinis: & trepidationis;diurno,qui est primi mobilis,longitudinis qui est secundi; qui est ab occasu ad ortum ex stellarum fixarum progressione (vt dictum est) animaduersus: trepidationis,qui est sibi proprius à borea in Austrum; cuius auctorem Thebit fuisse nonnulli dicunt. Habemus igitur hanc spheram tribus circumagi motibus: quod ne alicui videatur irrationabile,ex obseruationibus concluditur.Accipiamus Timocharis obseruationem,qui obseruans Pleiades: deprehendit à verni æquinoctij puncto εἰς τὰ ἑπόμενα, hoc est secundum signorum successionem partibus triginta fermè abfuisse. Agrippa verò anno Domitiani duodecimo: partibus 34.ferè prospexit: Inter mortem Alexandri, quo tempore viuebat Timocharis,& Domitianum intercesserunt anni 400. nostro tempore in 22.partibus Tauri,& amplius inspiciuntur. Igitur annis 1400. inde vsque ad Domitiani tempora in consequentia grad.18.sunt pro gressæ, ergo triplicem consequi motum sphæram hanc: omnibus in manifesto erit; aut si negant,saluent irregularia spheræ. Copernicus demum suis ad veteres collatis obseruationibus,non cẽtum amplius annis, sed paulo amplius 73. vnum perficere gradum deprehendit: quinimo quibuslibet 360. diebus (qui est annus ægyptius)has scrup. sec.50.peragrare singulis diebus 8.scrup.tert.quart. vero 10.ex quibus elicit totam conuersionem annis vicies quinquies millibus octingentis & sexdecim absolui. Nec desunt alij inerrantes stellas versus ortum partibus 8.totidemq; occidentẽ versus,autumantes per octogenos annos parte vna moueri. Tripliciter igitur octauus mouetur orbis,ab ortu versus occasum super polis mundi cum primo mobili; ab

Abrachis & Hyparchi obseruationes.

Agrias, & Milæus.

Ptolomæi obseruationes.

Albatenij obseruatio.

Thebit obseruationes.

Alphonsi obseruationes.

Triplex octauæ sphæræ motus.

Timocharis obseruationes.

Aggrippæ obseruationes.

Copernici obseruationes.

Periodus totius conuersionis octauę sphęræ iuxta Copernicũ.

ab occasu versus ortum super axæ Zodiaci (& hi duo motus sunt sphæræ octauæ accidentales; quorum prior est diurnus, vt dictũ est, secundus longitudinis) à borea postremo in Austrum, super duo puncta amborum æquinoctiorũ:& hic est essentialis. Hic quidem motus à borea in austrum super duos paruos circulos æquales, & paralellos, diametrum habentes partium nouem fermè: quorum poli sunt initia Arietis & libræ nonæ sphæræ, qui describuntur ab initijs Arietis & libræ octaui orbis; fieri animaduersus est. Ita vt Arietis octaui initium à termino parui circuli occidentali se voluat per septentrionẽ orientem versus: at initium libræ ex opposito. Quare ex tali reuolutione prouenit, vt mundi diameter huiusmodi initia intersecãs, duas conicas superficies describat: quarum vertices sunt in mundi cẽtro, bases in centro parui circuli; concomitantibus tamen inseparabiliter initijs cancri & Capricorni octaui eclipticam noni: cuius arcus seu distantia inter polum parui circuli, & eius peripheriam ex Thebit sententia partibus 4. scrup. prim. 18. secund. vero 43. constat. Ex quibus omnibus habemus primo initium motus capitis Arietis octaui orbis, à puncto parui circuli supremo versus articum sumi: vtrinq; distante ab ecliptica noni per quadrantem parui circuli; quod quidẽ de capite libræ ex opposito intelligendum quoq; est. Habemus secundo, capita illa nunc ad consequentia signorum, nunc ad præcedentia moueri: ad consequentia quippe, cum fuerit in medietate sui parui circuli borreali; ad præcedentia verò cum fuerit in medietate parui circuli australi: quemadmodum cum propè eclipticam nonæ vtrinque fuerit, stare videtur. Habemus tertio, quod quando caput Arietis octaui orbis in sui motus initio fuerit, vel ab ipso per parui circuli medietatem distiterit: tunc capita duo arietum simul erunt; alias nunquam in arcu magni circuli per polos eclipticæ primi mobilis reperietur: & caput nonæ sphæræ transeuntis. Mouetur igitur octauus orbis motu trepidationis ab oriente in occidentem per Antarticum, regrediens in orientem per septentrionem. Itaque cum duo illa puncta, quibus ecliptica æquatorem intersecat, sedes suas mutent, & secundum longitudinem sub octauo orbe in præcedentia, & secundum latitudinem paulatim ad cingulum primi mobilis accedendo, vel recedendo: necesse est æquinoctia anticipare; ita vt nec intersectio verna quæ in decimo orbe fixa est, sit ipsa stella Arietis octauæ sphæræ: nec puncti solstitialis distantia ab æquatore firma manet; hoc vero sic ostenditur. Cum enim Methonis Attici tempore, qui annis 108. seu circiter ante Alexandri mortem floruit, prima stella fuerit in ipsa intersectione verna: Hyparchi tempore eadem stella quatuor partibus post intersectionem vernam conspecta est; Ptolomæi tempore sex partibus: hodie 27. ferè elongata est. Accedit etiam in

Motus accidentales orbis octaui.

Motus essentialis.

Effectus Geometrici ex reuolutione Arietis octaui orbis.

Initium motus capitis arietis octauæ sphæræ vnde sumitur?

Motus capitis Arietis, & Libræ octaui orbis.

Capita duo arietum quãdo simul erũt.

Mot⁹ octauæ sphæræ proprius.

Aequinoctiorum anticipatio.

Demonstratio anticipationis æquinoctiorum.

Stellarũ fixarum progressio inæqualis. vniuersum stellarum fixarum omnium progressio inæqualis, quarum aliquæ tardius, aliquæ citius moueri conspiciuntur: quædam ortum versus, nonnullæ versus occasum; aliæ boream versus, aliæ versus meridiem. Multa de harum mutatione adsunt exempla, illustrè tamen est illud de cauda Cinosuræ à Ptolomæo adductum: quæ Hypparchi tempore ab æquatoris polo grad. 12. distabat, hodie vero 4. vnde à loci propinquitate stella polaris dicitur. Reperitur namque hodiernis temporibus in 21. grad. & minut. 25. geminorum iuxta longitudinẽ: interuallum eius ab ecliptica est in 66. partibus septentrionem versus. His de causis maximas Zodiaci declinationes variabiles fieri necesse est: modo maiores modo minores. Alchemon minores reperit, Ptolomæus maiores: Neoterici inæquales. Efficiuntur insuper mirabiles vmbrarum differentiæ, mutantur signorum ascensiones: puncta æquinoctiorum: distantia poli mundi à polis Zodiaci octauę sphæræ; quantitas diei, ac ob hanc causam non est mirabile, si præcisam anni quantitatem inuenire difficile sit; & si æquinoctiorum tẽpora retroacta sint. Ergo cum ita sit, huius sphæræ motum obseruare necesse est: Solisq; locum penes huius eclipticam computare, non alterius: nam sub illa defertur illius mutationes vndequaque in longitudine, ac latitudine referens. Cumq; iuxta Ptolomæum Aries sit solis altitudo, in cuius initio sectio vernalis contingit: erit Aries octaui orbis, non alterius. Sed dices, Ptolomæum iuxta primi orbis arietem signorum initia computare, non octaui: primi idest nonæ sphæræ; nam nonam sphæram primum orbem existimauit. Respõdemus cum Cardano, Ptolomæum id fecisse, ne stellarum immagines computarentur cum initio Arietis: octauæ enim eclipticam cum sub ecliptica nonæ statuat; potius nonæ, quam octauæ dixit. illa nãque immaginibus caret. Vel posset dici secundo, initium Arietis primi mobilis, idem esse cum initio Arietis octauæ sphæræ iuxta Ptolomæum (supposito stellas in latitudinem moueri generaliter in longitudinem est alia ratio) Quare verum Arietis initium à quo signa & partes computandæ sunt, non erit locus sectionis eclipticæ primi mobilis cum æquinoctiali: nec stella quæ in capite Arietis octauæ reperitur orientalior; sed erit locus sectionis eclipticæ octauæ cum æquatoris circulo. Cum igitur sol motum hunc obseruat, qui triplicem sortitur diuisionem, ac ab illo annus efficitur: diuersa erit anni quantitas omni tempore; ob id æquinoctiorum anticipatio. Vnde patet Episcopum forosempronienſem absque causa legitima lib. 10. primę partis dixisse æquinoctiorum anticipationem nõ fieri ab octauæ sphæræ motu: sed ex eo quia annus vsualis Ecclesiæ, & à Cæsare primum institutus: non ad vnguem congruat solis reuolutioni. Id enim quamuis sit verum, nihilominus tamen opinio hæc tenere videtur

[Margin notes:]
Zodiaci declinationes variabiles.
Effectus octauæ sphæræ.
Solis locus penes cuius eclipticã cõputandus.
Instantia.
Respõsio, cur Ptolomæus signorum initia iuxta primi orbis cõputauerit motum.
Responsio secunda.
Signa & partes à quo Arietis initio cõputanda.
Aequinoctiorũ anticipatio ab octauę sphærę motu prouenit cõtra Epm Forosempronienſem.

detur orbis octaui immobilitatem: quæ ea est, vt tribus moueatur motibus. Rursus adhuc æquinoctia anticipassent, licet non tot diebus: quia variatur semper anni quantitas. Quare supposito Cæsarem rectè statuisse anni quantitatem, adhuc æquinoctia anticipassent: quia fuisset quantitas sui temporis, at ob octauæ sphæræ motū, tum ab occasu ad ortum, tum quoque trepidationis: mutata esset ēt anni quantitas, sicuti de facto hodiernis temporibus quoque mutatur. Clarum igitur est apud omnium obseruationes, tum anni quantitatem, tum æquinoctiorum anticipationem: ab octauæ sphæræ motum prouenire. Sed nos addimus, quod si æquinoctiorum anticipatio ab inæquali annua quantitate prouenit, hæc cum à sole perficiatur: illæ verò sub octauæ sphæræ ecliptica moueatur, hæc autem diuersis varijsq; agitatur motibus: quis non videbit vtrumq; ab octauæ sphæræ motu prouenire? diuersus profectò cum sit illius motus ob æquationem aliquando addendam, quandoq; subtrahendam (est enim æquatio arcus eclipticæ octaui orbis inter Arietis initium, & sectionē cum æquatore) subtrahendam quando maior, addendam quando minor (maxima enim est grad. 10. & dodrantis; sitq; cum Arietis octauæ initium à sui circuli sectione cum æquinoctiali per quartam eiusdem circuli distet: nulla vero cum principium Arietis octauæ est in altera sectionum parui circuli cum æquinoctiali) diuersa erit anni quantitas ob motum intersectionum signiferi & æquatoris. Adde qđ cum motus octauæ sphæræ in auge solis & opposito eius efficiat, vt motus verus diuersificetur à medio, & æquatione, quod in longitudinibus medijs non euenit: varietur & anni quantitas.

Secunda rō cōtra Epm Forosemproniē sem.

Aequatio orbis octaui maxima, & minima.

De anticipatione æquinoctiorum etiam ante Christum.
Cap. XXI.



TANTA est scriptorum varietas de diebus æquinoctij vel à Cæsare, vel à Christo, vel à Concilio Nicæno anticipatis: vt potius lectori confusionem parere videatur, quàm dilucidationem. Et quamuis aliqui aliter id inuestigent: nos ex proprijs, scilicet ex octauæ sphæræ motu indagare conabimur. Cardani igitur senteutiam, qui in multis Hieronymum Veronensem Fracastoreum sequitur, in libro 2. de rerum varietate iam recognito cap. 2. positam, quę præ cæteris mihi probabilior videtur (etsi aliquali indigeat emendatione) sequamur: sed non eodem modo, quamuis etiam meris philosophicis inuentis insistens, aliqua immiscet quæ à Christiano longe esse debent: sed omnia suo loco (Deo iuuante) sumus in vniuersum reiecturi; paulo autem inferius aliqua, sic siccis pedibus. Igitur in firmamento

Hieronymus Fracastoreus

Inerrantium syderū mot⁹.

to stellas fixas in consequentia moueri necessum est, ita vt in annis centum vnius particulæ incrementum suscipiant: sed inæqualiter. Quandoquidem Elisei temporibus, qui ante Christum nongentis annis floruit, motus cum antea velox, vel medius fuerit: tunc cæpit esse tardior. ita vt si octauæ sphæræ motus deprehendendus sit, in quibuslibet centum annis ad annos nongentos vsq; addantur minuta quinque cum triente: taliter, vt in singulis trecentum annis crescant sexaginta scrupula secunda, quæ minutum conficiunt; sed hoc à quadringentis annis ante Christum vsq; ad nongentos annos post Christum, quo tempore floruit Albatenius; nam tanto tempore anticiparunt æquinoctia augendo. Postea vero illa quinque minuta cum triẽte à singulis centum annis demenda sunt, nam anticiparunt sed minuendo: sicut & hodie anticipant. Incrementa vero annis ante Christum quadringentis ab illa obseruatione, sic se habent. Anno ante Christum quadringentesimo minuta quinque creuerũt cum triente, trecentesimo decem cum triente: ducentesimo quindecim cum triente, quæ simul coniuncta vnum faciunt minutum. Ita vt eo anno auxerint minuta sexdecim, centesimo vsq; ad Christum 21. cum triente, summa omnium minuta 53. cum triente: hoc est secunda 20. A Christo vsque ad Albatenium in annis centum, 26. minuta cum triente: in 500. cum tribus trientibus 48. in 600. 53. cum triente: in 700. 58. cum triente: in 800. computatis tribus trientibus, quæ superant in 300. annis, 64. in 900. 69. cum tertia parte. A Christo igitur in nongentis annis vsque ad Albatenium summa omnium, minuta 431. quæ prioribus minutis 53. coniuncta: efficiuntur minuta 484. & 20. secũda. Hæc in partibus resoluta, cum sexaginta prima scrupula partem vnam constituant: efficient partes 8. minut. 4. & secund. 20. quas sol in diebus octo, horis quinq; fermè progreditur. Tanto igitur tempore anticipauit ęquinoctium à quadringentis annis ante Christum vsque ad Albatenium: qui simul iuncti sunt 1300. anni, in quibus æquinoctium octo diebus, & quinq; horis in præcedentia progressum est. Ab anno autem Domini 1000. vsque ad nostra tempora, cum res è conuerso se habeat, & motus parui circuli octaui orbis, qui nunc est inter antarticum & occidentem continuo tardior euadat: incrementa illa è regione se habebunt & erunt decrementa. Nam immaginandum est, paruulum illum circulum octaui orbis in quatuor quadrantibus secari, & quodlibet illorum in nongentis annis compleri: ita vt totus motus annorum 3600. intercapedine finiatur. Primus quadrans ab Eliseo ad Christum fuit septentrionalis ad orientem declinans, Christi tempore fuit in ipsa sectione ecliptice fixę, & parui circuli orientali: quandoquidem eo tempore coniunctio ipsa capitum libræ octaui, & noni orbis ad vnguem in sectione eclipticarum cum æqui-

Heliseus quãdo floruit.

Octauæ sphæræ mot⁹ quomodo habendus.

Aequinoctiorum incremẽta 400. annis ante Christũ

Anticipatio ęquinoctio: ũ ante Christũ vsq; ad Albatenium.

Theoria parui circuli octauę sphærę

Motus parui circuli orbis octaui.

æquinoctij circulo celebrata est. Et vltra hoc (vt docet ipsemet alibi) caput quoq; arietis parui circuli octauæ sphæræ, in vna fuit longitudine, cum capite arietis, quod est centrum parui circuli ipsius nonæ: præsens, non quæ præfuit. A Christo autem vsq; ad nongentos annos fuit orientalis inter orientem scilicet, & Antarticum, à nongentis annis post Christum vsq; ad 1800. erit meridiolanis: nunc vero est inter antarticum & occidentem; sed magis ad occasum declinat: & motus semper tardior efficitur. Ab anno 1800. vsq; ad 2700. erit occidentalis ab occasu in boream tendens: à 2700. vsq; ad 3600. erit septentrionalis tendens ad orientem. Itaq; ad lineam orientalē peruento, totos circulus spacio anriorum 3600. expletus erit. Vnde euenit, quod stellæ omnes ab Arietis initio vsq; ad cancrum (supposito totum motum esse ad consequentia) recedunt ab æquinoctij circulo ad septentrionem, nobisq; appropinquant: stellæ quæ sunt à cācro ad libram, remouentur à nobis, appropinquant vero ad æquinoctium: à libra ad capricornum remouentur ab æquinoctij circulo, appropinquant autem ad Antarticum: à capricorno demum ad Pisces inclusiuè appropinquant ad æquinoctialem circulum, & ad nos. Habemus igitur octaui orbis circulum in quatuor quadrantibus secari, motumq; cuiuslibet in nongentis annis compleri: sed inæqualiter, totumq; circulum in annis 3600. Verum libet hoc in loco quoddam Cardani placitum recensere, atq; ob religionem refellere. Qui libro & capite de rerum varietate prærecitatis, asserit anno Christi 1800. magnam mutationem fore in Christi lege: dupplici de causa cum primo quia capita motuū octaui orbis in contrarijs locis erunt: tum secundo quia contrario modo mouebunt; quod si motus celerior fuerit, celerius id erit: si tardior; tardius. At quid opus erat Cardanum talia comentari, cùm veritas infallibilis dixerit, ego rogaui pro te Petre, vt non deficiat fides tua? & alibi, Ego vobiscum sum vsq; ad cōsumationem sæculi? credendum igitur est magis Deo veritati: quàm Cardano Philosopho mendaci. Non enim lex Christi à motu cœli dependet, sed ab ipsa veritate infallibili: quæ nullam vicissitudinis obumbrationem patitur. Sub inde, si rebus humanis à ratione quatenus pendent, haud cœlorum influxus, & motus imperant: vt fieri potest legi Dei aliquid præscribant, quæ ab ipsa numinis æterni mente effluxit? si cui minus: igitur & cui magis. Amplius, ad substantiam non est motus, fides Christi est substantia rerum sperandarum argumentum non apparentium: quomodo igitur ad illam erit motus, & mutatio? accedit præterea, quod vna est fides nostra, & antiquorum patrum, & eorum qui in fine discedent: non igitur anno Christi 1800. necesse erit in Christi lege mutationem fieri. Subinde Deus non mutatur, ergo nec lex Dei mutabitur in æternum: qui

Inæqualis inerrantiū stellarū progressiones.

Parui circuli orbis octaui periodus.

Cardani placitum de mutatione futura in Christi lege.

Refellit Cardanus quinque rōnibus.

Prima ratio.

Lex Christi non depēdet à motu cæli.

Secunda rō.

Tertia rō contra Cardanū.

Quarta rō.

Quinta, & vltima rō contra Cardanū.

enim salui fiunt, in lege Christi & Dei saluantur; quare finito mundo, qui legem Dei obseruarunt: saluabuntur cum lege Dei in cordibus suis infixa; atque in perpetuum indelebili. Malè agunt miscere cœlestia super cœlestibus, corporalia diuinis: quinimo hæc illis supponere. Quæ enim conuentio spiritualium ad corporalia, motuumque cœlestium ad res diuinas? Deo iniuriam irrogant, fidem eius cœlis submittentes: astrologiæ itidem scientiæ sine controuersia aliqua nobilissimæ inter quascunque scientias humanitus inuentas (omittamus animasticam, vt anima est) miscentes in pertinentia, atq; illa, quæ (re vera) à scientia sunt extrinseca. Sed alias (Deo auctore) videbis hæc fusius reiecta: cum ijs, quæ in de Natiuitate Christi edidit. Dum autem hæc, exercitij gratia confabularemur cum domino Hieronymo de Tufo Lauelli Marchioni, ne dum generis nobilitate insigni, sed morum affabilitate suaui: scientiarum omnium nobilissimo: quinimo inter principes hodierni temporis doctissimo, atque studiosorum omnium (quantum per me licet arbitari) magno mecenati: petijt hic Heroes, num posset Cardani opinio, vel defendi vel saltem sufferri? dicendo fore mutationem in Christi lege: hoc est in militantibus in lege Christi; explicuit enim se in quadripartitũ Ptolomæi in de Natiuitate Christi, homines scilicet in medio sæculi pessimè legem obseruaturos: propter magnum discrimen eclipticarum ad inuicem, illo tempore futurum: sed huic & alijs obiectionibus fecimus alibi satis, nunc verò dicendum breuiter: hominis rationem nequaquam cœlis subditam esse, sed huius disputationis non est hic suus locus. Ad æquinoctiorum igitur anticipationem ex orbis octaui motu eliciendam redeuntes: decrementa colligenda sunt, quemadmodum incrementa collegimus. De crementa igitur, sic se habẽt. Annis post Christum mille, minut. 69, decreuerunt cum Triente: quẽadmodum & in nongentis annis; vnde stationarius videtur tunc fuisse paruus circulus. Annis 1100. 64. sine triente, 1200. 58. cum duobus trientibus: 1300. 53. cũ triẽte. 1400. 48. sine triente. 1500. 42. cũ duobus trientibus: 1600. 37. cum triente. Summa omnium est minutorum 373. secund. 20, quæ in partibus redacta, efficiunt partes sex, minuta 13. & secund. 20, quæ sol in diebus sex, & horis octo progreditur. Coniungãtur minuta omnia simul à quadringentis annis ante Christum vsq; ad annos post Christum 1600. erunt minuta 857 secunda 40. resoluta in partibus erunt partes quatuordecim & minuta decem & septem. Sed cum in die naturali, æquali motu partem vnam ferè sol perficiat: erunt dies quatuordecim ac horæ tredecim. A quadringentis igitur annis ante Christum vsq; ad 1600. post Christum, anticipauit æquinoctium diebus quatuordecim, horisq; tredecim: à Christo autem diebus tredecim horisq; sexdecim ferè. Verum cum non-

Nulla proportio inter corporalia, & diuina.

D. Hieronymus de Tufo Lauelli Marchio.

Quæsitum.

Responsio.

Orbis octaui decrementa post Christũ.

Aequinoctiorum anticipatio ante, & post Christũ.

dum

dum sit annus 1600. ac præsens annus sit annus salutis 1585. qui à reformatione anni, & calendarij est tertius: numeretur tempus à Christo vsq; ad annum emendationis anni calendarij; hanc constat factã fuisse anno salutis 1582. inclusiuè: differentia igitur erit ferè vnius minuti: quod nondum retrocessit. Quandoquidem si singulis centũ annis crescunt, vel decrescunt quinq; minuta cum triente, quibuslibet viginti quinque annis congruet minutum vnum cum aliquibus paucis secundis. ergo 18. annis minut. 1. ergo anno Domini 1582. motus fuit minutorum paulo amplius 37. iuxta hanc supputationem. Sed computetur tempus à Cæsare annis ante Christum 45. seu circiter, in quo suum confecisse calendarium, atq; statuisse æquinoctium octauo, vel septimo calendas Aprilis scribunt auctores: differentia ergo erit minutorum duorum; quæ deficiunt à centesimo anno ante Christum. Hæc duo minuta, & minutum quod iam retrocedit, addantur annis Christi (si additione digna videantur) redigantur in tẽpus quod sol progredi potest (accipiendo motum eius diurnum, qui spatio horarum viginti quatuor perficitur à sole, in minutis sexaginta: quod in superioribus semper obseruatum est) erit vna hora, & paulo amplius temporis, quæ coniuncta diebus anticipatis à Christo, qui sunt tredecim & horæ sexdecim; erunt dies tredecim ac horæ decem & septem; & tanti anticipauit à Cæsare. Sed si nimis scrupulosus es; considera quod si in duobus millibus annis in præcedentia æquinoctium progreditur dies quatuordecim & tredecim horas, quid in quadraginta quinq; annis progredietur? exiguum sanè & parui momenti, & vt diximus, minut. 2. & 20. sec. Itaq; cum tanto tempore in præcedentia æquinoctium progressum fuerit: remanet, vt cum ante anni correctionem æquinoctij dies in decima die Martij figeretur: tempore Christi (iuxta hanc supputationem) erat die vigesima tertia: & paulo amplius tempore Cæsaris. Quod si ita est, æquinoctij anticipationem non rectè adinuenit lucidus iuxta annuam Albatenij quantitatem; & si præ cæteris, eruditiorem dicat. Non igitur sui anni magnitudo, cœlesti magnitudini maximè conuenit: differentia enim esset diei vnius, & amplius, à die æquinoctij Cæsaris. Et tanto magis error emergeret, si die vigesima sexta Martij (iuxta Ouidium loco superius citato) æquinoctium vernum Cæsar fixisset: esset enim differentia duorum dierum ferè. Vel si vndecima die figebatur, quod ex anni correcti ratione etiam perpenditur, atq; idem fatetur lucidus cap. 3. de emendatione calendarij, nempe tempore suo inter decimam & vndecimum diem versari: idem supra accidet, eadem enim est operatio. Sed dices, iam iuxta annuam Albatenij magnitudine hos dies quindecim in annis à Cæsare 1590. & à Christo 1545. constat antecessisse: cum singulis centum & sex annis dies vnus anticipet;

Calendarij Romani emẽdatio.

Cæsaris Calẽdarium, & æquinoctiũ.

Aequinoctij anticipatio à Cæsare.

Aequinoctij verni fixio ante correctionem.

Obiectio.

Responsio.

ticipet: Non ambigimus respondere, quod etsi iuxta suam anni quantitatem, in singulis centum & sex annis vnus antecedat dies: iuxta aliorum tamen anni quantitatem, non in centum & sex annis, sed vel minus, vel amplius; qui omnes suas vtiq; habent rationes, & fundamenta. Quod cum ita sit, annua Albatenij quantitas non maximè cœlesti quantitati congruet: nec lucidus præcisam dierum anticipationem adinuenit. Et quamuis anni magnitudo Albatenij sit tropici apparentis (quemadmodum aliæ quantitates) & ob id minor Cæsareo, qui est sydereus; cum æqualis motus præcessionis semper excedat id, quod interim ratione anomaliæ, & sui dissimilis (vt habemus ex 21. prutenicarum præcepto) ab eo auferendum est: licet deficiat in scrupulis primis 9. secund. 39. quo etiam æquinoctia depræhenduntur: cum nihil sit aliud annus tropicus, quam spacium quo sol totam Zodiaci longitudinem emensus, ad idem solstitium, vel æquinoctium redit: hisq; subita mutatio declinationis solis certã æquinoctij horam indicat; nihilosecius ipsa anni tropici quantitas non est semper eadem, sed continuo variat: & est inæqualis, quia inæqualis est sectionum æquinoctialium præcessio; quæ cum sit vna ex quatuor causis inæqualitatis anni: accedunt ad hanc anomalia motus solis in signifero, eccentrotetis eiusdem incrementum, & decrementum: & demum apogei solaris variabilitas: quas primus inter omnes mortalibus aperuit Nicolaus Copernicus vir non solum cœlestium doctissimus: sed qui suo labore, industria, ac vigilijs multis quãplurima adinuenit, quæ ipsarum cognitioni apprimè erant necessaria: aliaq; multa illustrauit suis inuentis penè diuinis, quæ prorsus delitescebant: quorum gratia, nomen eius in perpetuas semper erit æternitates. Quæ omnia, quamuis ad minimam (iuxta stadium) hoc nostro sæculo prostaphæresin accedãt, longo tamẽ annorum internallo ad eam venient, quæ erit notatu digna: & ob hanc causam fiet, quod annus superabit dies 365. hor. 5. scrup. 55. secund. 18. singulis .n. centum annis 44. secund. & amplius superabit (vt ex tabulis prutenicis excerpitur) etsi ab Albatenij ætate, quòd nongentis post Christum annis claruit, vsq; ad nostra tempora numerabimus annos: iuxta hanc computationem, in sexcentis annis quatuor minuta, & 24. secund. & amplius superabit; ita vt anno salutis 1600. minut. 5. & 8. secund. superauerit. Quod si ita est vt annus sic variet, accipiamus annum Albatenij, cum sit dierum 365. hor. 5. minut. 46. secund. 24. & in sexcentis annis superet minu. 4. secund. 24. anno Domini 1500. fuit dierum 365. hor. 5. minut. 50. secund. 48. & amplius; igitur 1600. erit dierum 365. hor. 5. minut. 51. secund. 32. & amplius: idq; constat obseruationibus omnium. Et quamuis ita sit, cum tamen dierum anticipationem verè attigerit (etsi non præcisam) non absolutè illam reij-

Anni quantitas Albatenij est tropicus.

Quid sit ann⁹ tropicus.

Anni tropici quantitas nõ est semper eadem.

Causæ diuersitatis anni. Nicolaus Copernicus.

Io. Stadius.

Anni quantitas augebitur

Albatenij opinio non reijcitur, sed non est præcisa.

reijcimus: sed vt non præcisam,& ex anni quantitate deprehensam: hanc verò ex proprijs,nempè ex octauæ sphæræ motu; ob id amplectendam. Nec putas me velle viros insignes redarguere, vel eorum opiniones absolutè referre; sed cuius sententia magis rei consona videtur: amplectenda, ideo illam non reijcimus: hanc verò amplectimur. At diligenter animaduertendum est anni quantitatem, quandoq; minui, aliquando augeri: situe vera,aut apparens; sed vt in pluribus,plus augetur,quàm minuitur.

De vera æquinoctiorum anticipatione à Christo vsq; ad Concilium Nicænum,& à Concilio vsq; ad Gregorianã correctionem.Cap.XXII.

DECLARATIS his, videamus num anni correctio tot diebus anticipatis recta fuerit: sic enim Cardani sententia magis elucescet, & videbitur si rectè progressa fuerit. Nulli dubium est, annum ideo recognitum esse, vt æquinoctium vernum in eam restitueretur sedem,in qua à Concilij Nicæni patribus repertum fuerat: die scilicet 21.Martij; idq; ob rectam paschatis cæterorumq; festorum mobilium celebrationem. A Christo igitur vsq; ad annum 1600.ex motu octaui orbis tredecim dies, ac horæ sexdecim (iuxta Cardani supputationẽ) antecesserunt. Et quamuis, nondum sit annus 1600. nihilominus tamen (vt ex superioribus visum est) vnius minuti parit differentiam: quòd cum continuo retrocedat,parum curandum est. A Christo verò vsq; ad Concilium Nicænum quot diebus anticipauit æquinoctiũ? ex arithmetica supputatione manifestum est,si in annis 1600. à Christo æquinoctium anticipauit diebus tredecim,ac horis sexdecim:igitur à Christo vsq; ad concilium Nicænum celebratum anno Domini 323. anticipauit æquinoctium duobus diebus: horis 18. minutis 12. secund.54.Æquinoctium tempore concilij (vt dictum est) 21.Martij est relictum: quo in loco eo tempore inuentum erat. Cum igitur ante Gregorianam correctionem decima die, aliquando vndecima figeretur; idq; ob intercalarem annum: remanet, vt à concilio vsq; ad 1582. qui fuit annus correctionis: anticipauerit diebus decem hor.18.minut.5.secund.42. & à concilio vsq; ad 1600. anticipauerit diebus totidem, horis 21.minut.47.secund.6. At dices, hanc supputationem non esse præcisam. fatemur vtiq; & nos, non esse præcisam: quia octauæ sphæræ motum præcisius examinare necessum est. Et primo à Christo vsq; ad concilium Nicænum,& à concilio vsq; ad gregorianam correctionem: seu ad annum Domini 1600. & consequenter à Christo vsq; ad 1600. Anno igitur Christi centesimo minut.26. cum duobus trientibus progressus est octauus orbis,ducentesimo (computatis

Annus cur recognitus.

Aequinoctij anticipatio à Christo vsq; ad 1600.

Aequinoctij anticipatio à Christo vsq; ad Nicænam synodum.

Aequinoctij anticipatio à concilio vsq; ad correctionem.

Supputatio non est præcisa.

Octauæ sphæræ motus à Christo vsq; ad conciliũ.

tatis duobus primis trientibus,& sequente) 32.trecentesimo 37.cum triente. Verum quia anno 323. celebretum est concilium Nicænum, & desunt pro quadringẽtesimo 77. anni, in quibus omnibus recte adnotantur 42.cum duobus trientibus: demenda sunt ex minutis, quæ quolibet centesimo crescunt anno: illa; quæ proportionaliter annis 77.correspondent. Quare cum quinq; minutis cum duobus trientibus, tunc progressus fit orbis octauus, quinquaginta annis duo minuta,& triginta secunda debentur: vigintiquinq; vnum minutum cum quindecim secundis; quibus si addantur decem secunda ex trientibus proportionaliter resultantia: remanent demenda minutum vnum & 25.secunda, quibus additis prioribus minutis 37.cum triente: erunt minut.38.& secun.45. Quæ omnia simul iuncta efficiunt minuta 134. & sec. 10.quæ sunt partes duæ, minuta 14.sec.10.quas sol progreditur diebus duobus,& paulo amplius quinq; horis,& semis;& tantum anticipauit æquinoctium à Christo,vsq; ad concilium Nicænum. Examinemus secundum, nempe à concilio Nicæno, vsq; ad Gregorianã correctionem, seu vsq; ad annum Domini 1600. Anno post Christum 400.motus est octauus orbis 42.minut.cum duobus trientibus. Verũ enimuero, cum iam numeratus sit numerus 42.minus minut.4. replicare minime oportet, sed addere reliquum ad complementum 42.cũ duobus trientibus; Igitur addenda sunt minuta 4. tantum cum duobus trientibus. Anno post Christum 500.creuerunt minuta 48. 600. 53.cũ triente.700.58.cũ duobus trientibus.800.64.sine triente.900. 69.cum triente 1000. similiter 69. cum triente. At hæc minuta non sunt addenda iterum (vt addit Cardanus) sed omittenda semel: duplici de causa. Primo quia in idem stat, atq; ad idem regreditur: orbis octauus. Secundo quia motus fit tardior, ergo nihil variationis ex motu perpenditur: nisi ad idem regressio. Vt quid ergo addendũ, si stat, si retrocedit, si in idem perseuerat, si nihil redundat? Exemplo planetæ alicuius, similiter progredientis id demonstrari poterit, puta Iouis, qui anno Domini 1599. Die 6. Decembris progreditur 21. grad.& 24.minut.Leonis; Die sequenti easdem obtinebit partes, & minuta: altero die similiter easdem; stationarius igitur erit Iuppiter. Tribus deinde diebus sequentibus easdem met partes 21. & minuta 24. obtinebit; nulli igitur mutationi obnoxius sensibiliter apparebit Iuppiter; ac propterea sex dierum interuallo semper idem supputabitur. Deinde die 12.mutari sensibiliter in vnico motu percipietur. A simili proportione anno Christi 900.69.minuta cum triente progressus est orbis octauus, anno 1000. eadem minuta cum triente obtinuit, retrocedendo: igitur in idem stetit. Vt quid ergo addendum, si nihil augmenti inspicitur, sed decrementi: stando, retrocedẽdo, ac in idem perseuerando, spatio annorum 100? Secunda ratio nõ

mino-

Aequinoctij anticipatio à Christo vsq; ad cõcilium.

Examen motus orbis octaui à concilio vsq; ad correctionem, seu ad 1600.

Minuta octaui orbis anni post Christũ 1000. nõ sunt addenda.

Prima rõ cõtra Cardanũ

Iouis motus die 6. Decẽbris 1599.

Rõ secũda cõtra Cardanũ.

minoris ponderis, quàm prima, est: Quia motus tunc tardus & continuò nunc tardior efficitur; ergo nihil addendum: quia nihil velocitatis perspicitur; frustra namq; additur: aliquid alicui, si ab eo tale minuitur: atq; si illo priuatur. Igitur nihil addendum, quia stationarius, quia retrocedit, quia tardior; quia nihil redundat. Scribenda est quidem statio, seu regressus in tabulis: vt videatur motus eius diuersitas; non autem addendus, cum nihil augeatur. Bene itaq; fecit Cardanus, manifestare octaui orbis regressum, male autem in summa addere: non nisi, quia retrocedit; ac propterea sexaginta illa, ac nouem scrupula cum triente, à dierum æquinoctij anticipatorũ summa, subtrahenda omnino deberent: quia (vt dictum est) cum nihil creuerit, nihil addere debuisset. Quamobrem, accipiendus est motus anni 1100. in quo manifestè apparet regressus: tunc enim 64. minuta adnotantur ex regressu 1200. 58. cum duobus trientibus 1300. 53. cum triente: 1400. 48. sine triente: 1500. 42. cum duobus trientibus: 1600. 37. similiter cum duobus trientibus. Quod si ad annũ 1582. supputatio hæc extendatur: cum anni 18. desint à centesimo, nec in minuto cohæreant: prætermittendi sunt, quia in paucis secundis. Coniungantur ergo omnia simul resultant minuta 602. & 20. secun. quæ sunt partes decem, minuta duo, & secunda 20. quibus si addideris prima decem secunda exuberantia à Christo vsq; ad Concilium Nicænum erunt triginta: quas sol progreditur diebus 10. & hora vna, & tantum anticipauit æquinoctium à Concilio Nicæno, vsq; ad Gregorianam correctionem, & anticipat vsq; ad 1600. A Christo autem vsq; ad 1600. minuta 736. & 40. secunda progressus est, quæ sunt partes duodecim, minut. 16. & 40. secunda, quæ omnia sol progreditur: in diebus 12. & horis septem ferme, & tantũ à Christo anticipauit æquinoctium. Quare si scrupulosus es, & scrupulosè hæc supputare volueris: quia tot subtractiones haud tibi ex voto succedunt; scito à Christo vsq; ad Concilium Nicænum, non nisi diem vnam, & horas quindecim intercessisse, ob minuta 96. intercurrentia: A concilio autem (computatis tamen 42. minut. pro toto quadringentesimo) vsq; ad 1600. dies decem, & horas 16. ob minuta 640. cum 20. secundis decurrentia; à Christo demũ vsq; ad 1600. dies duodecim, horas 7. ob scrupula prima 736. & 40. scrupula secunda; nec aliquid amplius addendum remanet ob octaui orbis regressum. Hæc igitur, cum sint demonstrationes: Mathematicæ inficiari minimè possint. Recta ergo effecta est anni correctio: decem dierum sublatione. Sed dicet aliquis, postremæ adhæreo supputationi: & (vt suspicor) præter iam decursos dies, sunt & horæ multæ decursæ: & per supputationem sexdecim assignantur, si ita est cur non subtractæ sunt horæ, sed decem tantum dies? Respondendum est, horas non posse subtrahi: cum maxi-

Octaui orbis regressus notari debuerat nõ in summa addi.

Motus orbis octaui.

Aequinoctij anticipatio à concilio Niceno vsq; ad correctionẽ & ad 1600.

Aequinoctij anticipatio à Christo vsq; ad 1600.

Exacta æquinoctij anticipatio.

Obiectio de horis nõ subtractis cũ fractionibus.

Responsio.

mam

indigere emendatione. Fatemur vtiq;,& nos patet quidem in luminarium ecclipsibus: sed solis præsertim. Tabulæ etenim minus aliquando, plus quandoque promittunt; nihilominus tamen ex nobis cognitis contrarium sæpè perpenditur. Ecclipsis solis (vt hanc pro exemplo ponamus) 1590. die 30. Iulij, in Italia totalis ferè iuxta tabulas promittebatur: cum tamen ad octonas, & paulo amplius partes, Bononiæ à nobis conspecta fuerit. Vtrum autem ex longitudinũ, latitudinumque locorum varietate, aut ex tabularum defectu id acciderit, videant alij. Qui igitur fieri poterit, vt æquinoctiorum anticipatio adamussim compræhendatur, dierumq; decursus ex illa ortus exacte? Quanto minus anni quantitas, quinimo octauæ sphæræ motus multiplices, à quibus & anni quantitas, & æquinoctiorum anticipatio, & dierum progressus originem habent? Intricatissimus certe est orbis octaui motus, & inter cælestia nullus captu difficilior: quem si in dies obseruaueris; in dies mutabilem, diuersumq; prospicies. Indagato igitur tu illius motum, æquinoctiorum anticipationem, dierumq; decursum: videbis quidem diuersitatem magnam; obserua demũ motus omnes per geometrica ratiocinia, videbis certè quantum aberrent à recto. Hinc fiet (vt hoc obiter addamus) quascunq; tabulas etiam promulgandas: aliquo etiam temporis tractu corrigendas fore. Scimus igitur hæc, ideoq; à nobis manifestantur. Quo tamen ad nostrum spectat institutum, concesso quoq; (vt volunt) nec nos præcisam dierum anticipationem adinuenisse (stantibus hypothesibus) cum tamẽ scientia hæc corporum cælestium, tã quò ad motum, quàm quò ad lumen, tàm quò ad aspectus, seu configurationes, quàm quò ad iufluxus, & consequentia omnia; tota, & quò ad initium, progressumque, pendeat ab obseruatione: ac manifeste sensibiliterq; videmus, tempore Concilij Nicæni anno 323. à Christi Natiuitate celebrati: die 21. Martij æquinoctium præcucurisse; ante verò annum recognitum die vndecima, vel decima ob intercalationem, aut die inter vtramq;: ex nobis cognitis decem dies in præcedentia progressum esse, vsq; ad nostra tempora, notum est omnibus; Idq; inficiari minimè potest. Aliam quoq; demonstrationem afferimus, non minoris ponderis, quàm prima ex progressione solis in signo solstitiali tropico, sed hyberno. Cæsarem calendis Ianuarij, solem in 8. ferè Capricorni parte fixisse, ex historijs, priscisq; lectionibus: satis constat. Cumq; 45. anno, ante Christi Natiuitatem, calendarium correxerit: addantur hi anni, annis Christi, vsq; ad correctionem, seu vsq; ad annum 1600. (discrimen enim annorum cum sit 18. imperceptibilem ferè differentiam ostendit) videbimus annorum summam esse 1645. Cum igitur calendis Ianuarij solem in 8. capricorni partem constituerit (vt dictum est) ante annum recogni-

Oo tum

Solis labor 1590.

Orbis octaui motus intricatissimus.

Tabulæ astronomicæ promulgādæ: aliquando corrigendæ.

Corporũ cælestium scientia, tota ab obseruatione pendet.

Secunda rõ demonstratiua ex solis pgressione in signo hyberno.

Quam capricorni partem ante annũ re

cognitum sol obtinebat ca lēd Ianuarij.

tum vigesimam obtinuisse,& amplius; nempe(vt loca solis correctioni proxima annotentur) 1581. calend.Ianuarij in meridie, grad.20. minut.52.secund.20.(hac supputatione ad longitud.32.grad.& minut.30.relata ex putrenicis resoluta tabulis, & iuxta Rehinoldi canones) 1582.(in quo accidit correctio die 5. Octobris) calend. Ianuarij grad.20.minut.37.secund.12.Capricorni, manifestum est omnibus. Igitur ab annis ante Christũ 45.vsq; ad 1600.duodecim dies, & paulo minus 13.motus est,nempe 19.horis ferè. Habita igitur proportione arithmetica, sequitur vt spatio annorum 137.& mense, & horis aliquibus: vno progressus sit die.Ergo ab anni correctione per Cæsarem,vsq; ad Concilium Nicænum cũ præcucurrerint anni 368. duobus diebus in antecedentia cum aliquibus horis anticipauit;Igitur à Concilio vsq; ad correctionem, nõ nisi diebus decem cum paucculis aliquibus horis.Hæc itaq; demonstratio minimè impugnari potest,quia ab effectibus constat. Quo factum est, vt 1583.qui fuit primus à correctione, & tertius ab intercalari: sol denuo, in 10.grad. capricorni, quo in loco erat tempore Nicæni Concilij (quamuis superet in minu.11.sec.8.iuxta verum motum ad longitudinem Venetiarum relatum inspectus est) ac propterea tempore Cæsaris in octaua eiusdem signi parte collocabatur. Ex quibus omnibus manifestè elicitur decem dies decursos à Nicæna synodo ac propterea totidem subtrahi debuisse.Poteramus nos ex alia quoq; via ostendere hos decem anticipatos esse dies, verum quia non perfectè decem sunt decursi (ex illa hypothesi) sed ferè decem: prætermisimus consulto, licet sit ratio etiam demonstratiua, & validissima. Quid igitur est, qđ Hæretici recognitionem abhominantur? An quia falsa? Veram esse demonstrauimus. Num quia Romani Pontificis opere,& diligentia? propter id certè dissecantur adinuicem. Sed demonstrauimus sui esse muneris ob Paschæ solemnitatem. Cæterum, vt nihil improbatum remaneat, quod tempore Nicænæ synodi,diē 21. Martij, æquinoctiũ peragrabat, ex historijs satis constat; & ex supputationibus manifestum esse potest; sed prærecitatam,quæ ex Ptolemaica obseruatione desumpta est, in medium afferamus. Ptolomæi tempore (qui anno salutis quadragesimo supra centesimum adhuc superstes erat)die 21. Martij hora secunda post meridiem æquinoctium incidit. Eratq; iuxta eundem tunc anni quantitas dierum 365.horarum 5. minutorum 55.& secundorum 12.quod certè nullus negare poterit. Inter annos 140. quibus florebat Ptolomæus,& 323.quo tempore celebratum fuit Concilium: anni intermedij dedecurrerunt 183. Hinc corroboratur ratio: Si eo Ptolomæi tempore æquinoctium die 21.Martij ho.2.post meridiem incidebat,igitur & anno 323. quia iuxta Ptolæmaicam hypothesim anno salutis 1555. fuisset ingressus solis in primum

Dierum decursus à Cæsare ad 1600

Dierum decursus à Cæsare vsq; ad Conciliũ Nicænum: & à concilio vsque ad correctionem.

Verũ æquinoctium tpe Nicænæ synodi.

Anni Ptolemaici quantitas.

Rõ de die æquinoct j vertpe cõcilij Nicæni, &c.

primum arietis punctum die 16. Martij ho. 8. minut. 48. post meridie. Id autem ostendendi gratia propositum, & adductum est: non quod reuera anno 1555. die 16. Martij æquinoctium inciderit; cum vsque ad correctionis tempora die 10. vel 11. inspectum sit. Sed supposita Ptolomæi hypothesi, de anni quantitate, suppositis quoq; cæteris suis hypothesibus: demonstratio est clara; ac propterea in anni recognitione Alphonsi Regis annuam quantitatem Ecclesia amplexa est: quia est media inter omnes; tempore vero Ptolomæi, stantibus suis obseruationibus, vera erat sui anni quantitas; nostris tamen temporibus, longè est ab obseruatione; & si (cælestibus motibus recognitis) perseueret sui anni quantitas, licet inæqualiter. Cum igitur ab anno tot dies subtrahi præceperit Gregorius XIII. Pontifex Maximus, rectè annus recognitus est, decem dierum sublatione. Hanc ob causam iniustè Pontificem repræhendunt Hæretici, & Græci: & irrationabiliter veterem annum obseruare sibi persuadent, cum vsq; ad hanc diem in eorum diplomatibus, & literis subscribant: Datum tali die mensis iuxta anni antiqui rationem, non noui. Nolunt innouari, sed antiquari, semper autem innouantur: noua quærentes, noua obseruantes, contra antiquum Ecclesiæ vsum: Et si noua sit anni correctio, non vident, quod nihil vetustius (vt ita dicamus) simili anni obseruatione? cum à tempore Nicæni Concilij anno Domini 323. (toties repetito) celebrati 21. Martij, vernum æquinoctium obseruatum est? Non noua quærit sancta Mater Ecclesia condere, sed antiqua pro debito tempore celebrare: quæ pro temporum diuersitate, variata fuerunt. Nam à Concilio Nicæno vsq; ad Gregorianam correctionem, quæ anno Domini 1582. quinta Octobris die incidit: decursi fuerant anni 1259. & vsque ad 1600. anni 1277. Recognosci igitur annus debuerat propter fractiones in anno exuperantes (si de vsuali sermo est) tot annorum elapsorum interuallo. Sed causa mali, odium est erga Ecclesiam, & caput eius, immensum: quò vtrumque Hæretici mirabiliter prosequuntur; nescientes Papam habere Pontificalis potestatis plenitudinem: sicut Rex in Regno; quemadmodum Episcopi assumuntur in partem sollicitudinis, quasi Iudices singulis ciuitatibus præpositi? Aut ignorant Hæretici, peccare in Spiritum sanctum, suæ opinioni immobiliter adhærendo? Aut nesciunt non solum Pontificem offendi, & sanctam matrem Ecclesiam; sed & sponsum eius Iesum Christum filium Dei, à quo immediatè descendit auctoritas in Papa, sicut in Petro; Cum data sit authoritas Petro in persona Ecclesiæ? quia cum data est Petro in propria persona, data est non solum pro se ipso, sed pro omnibus suis successoribus. Id quidem si scirent Hæretici non tàm pertinaciter in Ecclesiam, & caput debacharent; sed ignorantia est mater cunctorum errorum. Vel

Anni Ptolæmaici quantitas, non quadrat obseruationibus.

Iniusta Hæreticorum & Græcorũ querela de anno recognito.

Nihil vetustius anno recognito.

Annorum decursus à concilio ad correctionem, & ad 1600.

Papæ authoritas, & Episcoporum assumptio.

Papæ authoritas à quo immediatè descendit.

si sciunt,& non credunt,nec se ipsos vtiq; sciunt: & sibi ipsis (miseri) damnationem acquirunt. Id rursus si scirent Græci, & ab Ecclesia Romana non dehiscerent: scirentq; suos primates in potestate ordinis,& regiminis vnius certe Ecclesiæ successores esse Apostolorum; ab eodem capite totius Ecclesiæ potestatem recipientes: successor verò Petri, est Pastor totius Ecclesiæ, & potestatem immediatè habet à Christo,cuius est Vicarius? Sed audimus, non sine magno animi nostri dolore,primates Græcos, & Episcopos absq; Summi Pontificis authoritate creari: quinimo Constantinopolitanum diplomatæ turcico pecunijs medijs confirmari. Horrendum certè in Ecclesia monstrum (de Græcis loquimur, qui Papæ subesse nolunt) Veh vtrisq;, & Græcis tanquam Scismaticis, & Hæreticis tanquam fidei destructoribus. Scribitur enim Lucæ 10. Qui vôs spernit, me spernit: & qui vos audit,me audit. Sed agant quod volunt, & obseruent ex capite dies suos: quia de necessitate salutis est subesse Papæ; secus ab inferni voragine tandem deglutientur, ibidemq; gehennalibus flammis perpetuò debitas luent pœnas. Iustè igitur, & rationabiliter à Romano Pontifice, tāquam supremo omnium capite huiuscemodi anni correctio effecta est. Quandoquidem à sanctæ Pascha tis celebratione intuens nos abesse, & longe quidem: statuit; vt in eius festo,celebrationeque; vna cum Patribus sanctæ Nicænæ synodi conueniremus. Opus sanè regium,quod multos ante annos plures attentarunt Pontifices: & ob bellorum crassitiem perficere nequiuerunt. Sed tandem maximo Dei beneficio perfectum,& consumatum inspicimus, summi Pastoris vigilantia, & pietate: ad Hæreticorum confusionem; qui non temere Christi Vicarium (Spiritu sancto cooperante)terrarum orbem,æquitate,& rõne gubernantem:id effecisse sciant.


Discrimē authoritatis Papæ,& primatum omnium & episcoporū

S Lucas Euāgelista.

De necessitate salutis est, subesse Papę.

causa mouēs Pontificē ad annum recognoscendum

De varijs modis circa annum corrigendum. *Cap. XXIII.*



INDICABIMVS in præsenti capite varios illustrium virorum modos: qua scilicet ratione corrigendus esset annus, atq; æquinoctium vernum in pristinam sedē restituendum. Patres in Concilio Basileæ celebrato, decreuerunt, vt æquinoctium vernum decimo sexto Calēdas Aprilis,hoc est die decimaseptima Martij restitueretur per septem dierum subtractionem, sic enim absq; variatione literæ Dominicales accidissent, & septuagesima nunquam ante octauam Epiphaniæ celebrata fuisset: Ita vt anno Domini 1440. de mense Octobris septem dies subtraherentur. Hic modus nunquam executioni mandatus est, quia (vt remur) conciliabulum erat. Quandoquidem, & si Summi, & veri Pontificis Martini Quinti auctoritate congregatum;

Modus anni recognoscendi à Basiliensi Concilio.

Conciliū Basiliense, conciliabulum.

tum; Quæ tamen ibidem statuta fuerunt, nullum auctoritatis robur habent, exceptis his, quæ in bulla Martini Quinti, & Nicolai Quinti Pontificia auctoritate confirmata fuere. Nec Concilium fuit vnquam probatum. Quod etiam de Constantiensi intelligendum est. Quod si aliqui ex Neotericis Theologis animaduerterent, profecto in disputationibus haud afferrent aliqua, quæ & conturbationem, & pertinaciam pariunt. Sed nec rationabilis videtur esse modus iste, quia quatuor diebus anticipatum esset æquinoctium, cum tamen à Concilio Nicæno vsq; ad annum Domini 1440. nouem ferè diebus sit anticipatum. Alij (vt Petrus de Alliaco Cardinalis Cameracensis) voluerunt, vt in sede, in qua reperiretur, remaneret æquinoctium, in decima scilicet, vel in vndecima die: atq; modus hic, ita Cardinali placebat; vt in Constantiensi Synodo summopere persuaserit obseruandum: & Ioanni huius nominis vigesimo tertio; si Pontificatu se non abdicasset, æquidem persuasisset. Modum hunc sequi etiam videtur Paulus à Migdelburgo Forosemproniensis Episcopus. Hic autem modus, nec rationabilis videtur cum æquinoctium nô fixum, sed mobile perpendatur. Quiddam etiam innominatus auctor (teste Episcopo Forosemproniensi lib. 7. primæ partis suæ paulinæ, ex libello sibi tradito à Marco Vigerio S.R.E. Cardinali) putauit per ommissionem 14. dierum annum corrigi, omnia solistitia, & æquinoctia ad 8. Calen. suorum mensium (vt placuit Plinio) reducens. Hic autem modus nullum habet fundamentum. Alij voluerunt, vt æquinoctium in sese, in qua tempore Nicæni Concilij repertum fuit, reduceretur. Modû tamen hunc in tres alios diuiserunt modos. Primus est, sicuti fecit Augustus (Solino & Macrobio testibus) qui cum annum reformasset, & quarto quolibet anno intercalationem fieri, Sacerdotibus præcepisset, illi spatio annorum 36. tertio quolibet anno duodecies intercalarunt, cum nouies solum intercalare deberent: Huiusmodi errorem cernens Augustus: iussit vt dimissa diei intercalatione totidem annis, quot sufficerent in farciendis diebus illis, quibus anteuerterant; fierent anni communes, & ita æquinoctium in pristinum restituebatur locum. Sic etiam operandum esset: vt in annis quadraginta quatuor, intermissis tot diebus, quot anteuertimus qui essent intercalares, fierent communes, quibus porrò resarcirentur dies illi anteuersi, ac æquinoctium in suam restitueretur sedem, &c. Et hic modus maximè probatur Gaspari Cardinali Contareno in Epistola, quã de ratione anni, Ioanni Genesio Sepuluedæ scribit. Secundus est facilior, Nempè, vt ex tot mensibus, tot subtraherentur dies, quot anticiparunt, quoniam anno sequenti æquinoctium esset die vigesima prima Martij. Tertius, & vltimus modus est, vt ex aliquo mense, tot diebus annum vnum minorem faciamus, quot errauimus. sic in Concilio

Modus concilij Basiliensis de anno corrigendo reijcitur.

Petri Alliaci Cardinalis opinio circa annum corrigendum.

Innominati authoris sententia de anno recognoscendo.

Solinus. Macrobius.

Triplex modus anni recognoscendi.

Opinio de anno corrigêdo Gasparis Cardinalis Contareni.

Cusani Cardinalis Zoestij & Sepuluedæ placitũ de anno recognoscendo.

cilio Basiliensi, Nicolaus Cusanus Cardinalis,& Hermanus Zoestius docuerunt. Hăc viam pariter sequutus est Sepulueda,& demum illa communiter amplectitur. Quam temporibus nostris feliciter amplexus est Gregorius XIII. Pont. maximus. Qui in anno corrigendo decem dies de mense Octobris anni 1582. subtrahi præcepit; Vnde à die illius mensis quinta, ad quintam decimam transiuimus, sicq; anno 1583. vernum æquinoctium die vigesima prima Martij, vbi & Nicæni Concilij tempore figebatur: inspectum est. Horum vero modorum quis aptior, lege Episcopum Forosemproniensem, in prima parte suæ Paulinæ,& Ioannem Stoflerinum in suo Calendario propositione 39. literis F. & G. De forma autem quam obseruauit Gregorius XIII. Pontifex Maximus, consulæ librum de ratione restituendi Calendarij Romani: Non enim est præsentis instituti omnia afferre; quæ alibi iam Illustria habes. Hoc tamen dicimus, inter omnes modos, vere hunc quem sequutus est Gregorius XIII. quoscunq; præcellere: cum rationabilis, facillimus, & nullam in temporum supputationibus paruisse videtur confusionem; nec vulgi aures perturbauit, nisi inimicorum Christi. Quod si aduertisset Episcopus Forosemproniensis, non sic Cusanum repræhendisset docentem reduci æquinoctiũ 21. Martij, per decem dierum sublationem. Et cum arguit, diem illum nullum mysterium habuisse Paschalis solemnitatis, nisi ratione æquinoctij in eo tunc contingentis, igitur remoto ab eo æquinoctio per solis cursum, cessat in eo mysterium Paschæ, quia Pascha sequitur: æquinoctium iuxta scripturæ testimonium: obserua verni principium temporis, & facies Pascha Domino Deo tuo; Sed principium veris hac tempestate contingit, vt in plurimum die 10. Martij, & non 21. Ergo Pascha celebrari poterit hoc temporis interuallo, quod inter decimam, & 21. diem intercipitur: concurrente in eo 14. luna; frustra ergo (inquit Episcopus) conatur reducere æquinoctium ad 21. Martij. Huic difficultati facilis est responsio, si consideremus circa solemnitatem Paschalem hæc tria obseruari. Æquinoctium vernum 14. luna,& dies, non solum Hebdomadæ, sed mensis etiam nostri, quo passus est Christus, & resurrexit. horum primum, & secundum animaduertit Episcopus, tertium vero, vel non curauit, vel minimè animaduertit. De die etenim,& mense passionis Christi, quălibet sequentes opinionem: videbimus Episcopi Forosemproniensis placitum deficere. Et primo si illorum qui 26. Martij nostri, dicunt passum esse Christum, sequi libuerit sententiam: cum eo die (iuxta horum opinionem) quintamdecimam lunam, iuxta vulgi placitum Hæbrei obseruauerint (nam veram inter 23. & 24. accidisse autumant) æquinoctiumq;, eodem quoq; die 24. obseruatum esse, dicunt isti; tunc (his sic suppositis) si fixum esset æquinoctium die 10. vel 11. Martij, aut

Greg XIII. quam viã tenuerit in anno recognoscendo.

Inter omnes modos de anno recognoscendo, quis aptior?

Epi Forosemproniensis rõ contra anni correctiõnem

Solutio rõnis.

In paschal solemnitate, q̃ obseruantur.

Prima rõ contra Epm Forosemproniẽsem.

ficuti progrediebatur, ita & nos sanctum Pascha celebrauissemus: non solum adhoc deuentum esset, vt aliquando in æstate celebratum esset sanctum Pascha, sed non eo etiam tempore, vel circa idem tempus, quo Christus passus est, & resurrexit. Quapropter scitè sanctèq; Concilium Nicænum 21. Martij, vbi iam eo reperiebatur tempore, reliquit: ibidemq; vel circa illud tempus sanctum Pascha ab omnibus celebrari decreuit. Quod si nos iuxta verni æquinoctij antiquā obseruationem inter decimam scilicet, vel vndecimam diem existentis, celebrauissemus, dubio procul extra tempus euenisset suum: & longe quidem. Nam à decima die Martij vsq; ad 24. vbi Christi tempore (iuxtà istorum illius temporis obseruationes vt dicunt) reperiebatur æquinoctium, tredecim dies pleni intercidebant, nunc autē duo tantum pleni: & longo temporis tractu plures intercidissent. His de causis necesse erat æquinoctium in eam saltem redigere sedē, in qua Concilij Nicæni tempore conijciebatur. Quandoquidem à tēpore Christi, quo reperiebatur, non procul extitisse demonstrabimus in opere de Die, & mense passionis Christi. Vnde patet Episcopi argumentum insufficientis esse diuisionis, præter namque ambas illas conditiones circa sancti Paschatis celebrationem, est & tertia: scilicet obseruare tempus, illud quo Christus Saluator noster pro nostra, omniumq; salute passus & mortuus est, tàm quo ad æquinoctium & 14. lunam, quam quo ad diem feriæ, & mensis nostri. Quod certè obseruari minimè quiuisset: si annus non correctus esset. Æquinoctium namque paulatim nunc in nonam, nunc in octauam, nunc in septimā Martij prolapsum esset diem, & multo temporis tractu in mense Februarij, quò nihil absurdius. Ex hoc apparet secundo, rationem Episcopi mancam: cum supponat æquinoctium non mutari, neque suam mutaturum sedem à die 10. sed immobiliter permansurum; quod vtique falsum perpenditur. Quemadmodum enim à 21. Martij in 10. eiusdem progressum est: ita eodem temporis tractu proportionaliter ad primam Martij deuentum esset, deinde ad Februarij mensem. Quarè si concedit (vt par est) æquinoctium mutari, ruit ratio sua; quod scilicet illo temporis interuallo, quod inter decimam, & 21. intercipitur, sanctum celebrari potuisset Pascha; quia sedem æquinoctium mutat; quam si non mutaret, concedi certè posset, tunc posse celebrari (& si sæpè in mense prolaberetur secundo, qui celebratione est impurus) Respondetur tertio, quòd cum dicit remoto à die 21. Martij æquinoctio per solis cursum, cessat in eo misterium paschæ: dicitur, quod remoto ab eo æquinoctio totaliter, per cursum solis: cessat vtique in eo misterium Paschatis; sed remoto artificum errore non debet cessare, sed corrigi, vt rectè celebretur: quo tempore Christi celebrabatur. Id autem fiet: si ad 21. reducatur; ac proptere-

Pascha celebrandum iuxta concilij Nicæni placitū.

Episcopi Forosempron ēsis rō reijcitur

Responsio, & rō secunda cōtra episcopū, quod æquinoctiū mutetur.

Tertia responsio & rō cōtra Epm Forosēproniēsem.

rea

rea ad illum reductus est. Eadem fermè, quę paulo iam superius dicta sunt, exemplificantes de Christi passione ad diem 26. Martij relata: eadem quoq; proportionaliter adduci possent; si aliorum recensere vellemus opiniones de die passionis Christo alibi assignata, ad ostendendum certe Episcopi rationem deficere. Verum cum ex se quilibet id explere poterit: ommittamus. Reliquum est, vt modus obseruandus (quomodocunq; annus restitutus esset) explicetur. Qui dicunt centesimo quoq; anno vnum anticipari diem (vt Cardinalis Caietanus super 12. Exodi Caput; & ante, & post ipsum, pleriq;) quibuslibet centum annis vnum intermittendum esse diem; & hunc bisextilem volunt. Ioannes Stoephlerinus in suo Calendario propositione 38. versus finem cum omni centesimo, & vigesimo anno vnum anticipari diem sentiat: tantundem ab illo demi iudicat. Alij quoq; iuxta cuiusq; opinionem de dierum anticipatione ita fieri debere, existimant. Lucidus etiam annuam Albatenij quantitatem sequens, arbitratur; vt in centesimo & sexto quoq; anno, remittatur dies intercalaris: & fierent octo anni communes, vel in omni centesimo, & quarto anno, seu centesimo octauo, cum annus centesimus sextus intercalationi non congruat; vel saltem singulis centum annis, ad euitandum errorem, qui ex obliuione fortè suboriri posset. Sed tunc propter illorum sex annorum ommissionem in annis 1800. vnus oriretur dies: qui eo anno relinquendus non esset. Qui verò ob superabundātiam Cæsareæ intercalationis integrum emergi diem, annorū interuallo 134. dicunt; quia plus iusto intercalatur: non solū singulis quadriennijs diem intercalandam arbitrantur, verum etiam exemptiles dies: cum in tricesimo tertio: tùm quoq; in tricesimo quarto bissextile anno alternatim constituendos; vt spatio annorum communiū, intercalares 67. continentium: duobus horum intermissis 65. tantum bissextiles ponerentur. Nonnulli autem rentur vt interuallo 400. annorum tres tantum exemptiles anni constituerentur: quo tres ordinate centeni anni tāquam communes habeantur; quartus vero quisque centenarius sit bissextilis. Calendarium Gregorianū singulis quadringentis annis, tres dies minimè intercalandos, sed ommittendos docet: quia, & si quilibet centesimus annus intercalationi congruat: quibusq; tamen 400. annis, tres dimittere pcipit cētesimos absq; intercalatione pōtificia correctio; quo anni quantitas exacta resultet, vtq; anni recognitio futuris sæculis (etiam in perpetuum) deseruiat proportioneturq;. Verum hæc in Calendario Gregoriano perspicua sunt: sed illustrius quoq; habes in libro de ratione restituendi Calendarij Romani. Hæc autem satis de anticipatione æquinoctiorum, de causa correctionis Calendarij pro Hæreticorum confutatione dicta sint.

Caietani sententia & aliorum de modo anni corrigendi.

Io. Stoephlerini opinio.

Io. Lucidi opinio.

Aliorū sentētia de anno recognoscendo.

Modus Calēdarij Gregoriani circa annum corrigēdum.

De

De Sancto Paschate. Cap. XXIIII.



VISIS his quæ circa anni correctionem facta fuerunt, ac ostenso ad Romanum Pontificem pertinere, vt annus corrigeretur: idq; ob rectam sancti Paschati celebrationem; reliquum est manifestare istius sanctæ festiuitatis rationem: quando scilicet celebrandum sit, quomodo inueniendum, vt celebretur, & cur tanta adhibeatur diligentia, vt recte celebrari possit: cum hanc ob causam Calendarium restitutum, & annus correctus fuerit. Et à postremo exordientes, cõspicuum omnibus est; quod inter cætera beneficia à Deo Optimo Maximo generi humano exhibita, nullum præstantius, & salutarius, illustrius, ac gloriosius perspicitur resurrectione Iesu Christi filij Dei. Magnum profecto beneficium fuit eius natiuitas, baptismus, fames, ieiunium, passio, ac tandẽ mors. Sed hæc nulla fuissent: si à mortuis non resurrexisset. Inanem enim esse fidem nostram si Christus à mortuis non resurrexisset, inanem Euangelij Prædicationem argumentatur Paulus Apostolus primæ ad Corinthios cap. 15. & si Christus non resurrexit, nec nos resurgemus, & qui mortui sunt omnes perierunt, & nos etiam peribimus. Quod si ita esset, vita nostra miserabilior cunctorum hominum vita, immò bestiarum extaret. Nam in hoc flebili, & miserabili mundo pœnis, & periculis multis pleno, si quæ vides, erumnas multas vides. Cui paupertatẽ, cui tristitiam, cui anxietatem; cui timorem, cui liberorum amissionem, cui parentum orbationem, cui bonorum dilapidationem; cui infirmitatem, cui mortem violentam, vel ferro, vel igne, vel aqua; cui odium, cui insidias, cui angustias, cui oppressiones: cui persequutiones, cui despoliationem: cui ruinam. Hæcq; non solum ab hominibus plerunq; illata, & ab illa, quam vulgus fortunam vocat: sed à bestijs etiam; Ita vt si homines in domibus, in oppidis, in Castris, in ciuitatibus non cohabitarent: de vita haud essent securi. Sed si felices è vita discederent, si Christus à mortuis non resurrexisset: mens, atq; anima quæ sempiterna est, vbi determinaretur, nisi Sathanæ loco, & angelorum eius? Vide ergo si nihil aliud à morte nobis superesset, quod esset fælix & sempiternum: quomodo bestiarum omnium infeliciſſimi essemus. Vnde Dauid in spiritu benedixit: quæ vtilitas in sanguine meo, dum descendo in corruptionem? Christus autem cum resurrexerit, & nos absq; hæsitatione aliqua resurgemus: ac mortem, cũ vita sempiterna commutaturi, omnia mala hæc in melius vertentur. Sed hæc plenius in libro quem de Mundi duratione conficimus, habebis; ac incidenter in opere, quod de statu animarum mediarum post mortẽ,

Inter cætera beneficiá generi humano à Deo collata qđ pstantius.

Si homo non esset resurrecturus, miserabilior esset cũctis animãtibus.

Mundi conditiones.

In resurrectione omnia mundi mala in melius vertentur.

& de earum merito inscripsimus. Igitur ob tam singulare beneficiũ, tot bonorum futurorum causa, & origo, diem resurrectionis filij Dei, non solum sancta Mater Ecclesia colit, ac obseruat, sed vt rectè celebretur annum correxit, calendariumq; restituit. Sed dices: Cur non eodem die celebratur, quo redit; sicuti, & natiuitas eius? Quamuis respondere possemus ex parte lunationum id accidere; dicimus tamen, quia non tantum in memoriam; sed in sacramento quoq; celebratur. Hæc enim est ratio cur fixæ solennitates ijsdem diebus, quibus reddunt, celebrantur, mobiles vero non ijsdem diebus. Nam fixæ sicuti Natalis Domini tantum in memoriam: mobiles verò (vt Pascha) & in memoriam, & in sacramento celebrantur. Sacramentum enim (vt inquit August. in Epist. 119. ad Ianuarium de ritibus Ecclesiæ, Tomo 2. Cap. 1.) est in alia celebratione, cum rei gestæ ita rememoratio fit, vt aliquid etiam significari intelligatur; Quod sanctè accipiendum est. Eo igitur modo sanctum agimus Pascha, vt nõ solum quod gestum est reuocemus; scilicet, quod sit mortuus, & quod è morte ad vitam resurrexerit: sed quod etiam horum significata non prætermittamus. Mortuus enim est, propter delicta nostra: & resurrexit propter iustificationem nostram, inquit Paulus Apost. Rom. 4. Hic transitus de morte ad vitam sacratus est. Vnde vox illa (Pascha) hebræa lingua, transitum significat. Sic testatur August. loco iam citato, & omnes ferè doctores, præsertim Gregorius Naziazenus in oratione quarta, pro sancto Paschate: quamuis græca lingua passionem significat. Nam πάσχειν pati dicitur. Itaq; qui salutaris passionis nomẽ hoc esse crediderunt: ad vocem adaptarunt græcam, vt pha in pa, & K in ch: transmutarent ac diem Pascha nominarent. Quod cum ita sit, cur hæretici sathanæ filij, diem Paschatis, non suo tempore celebrare volunt, vel in correctionem Gregorianam, ità debachantur, vt non verentur inter fideles, discordias, dissensionesq; disseminare; ac in Romanum Pontificem ita inuehuntur, vt eius auctoritatem è medio tollere non dubitent? & tamen Nicænam Synodum principaliter fuisse conuocatam, vt Paschatis festum eodẽ die à fidelibus celebraretur: scribit Athanasius in Epist. de Synodis Arimini, & Seleuciæ congregatis, & in epistola ad Episcopos in Africa: secundario autem vt Arriana hęresis anathemate percuteretur. Videte ergo hæretici quantum eo tempore Patres existimarunt, vt hæc de tempore celebrandi Paschatis discrepãtia tolleretur, vt vniuersus orbis (hæc enim sunt verba Athanasij) in Concilium propterea coiret, vt eodẽ die Pascha celebraretur: & hæc prima congreganda Synodi causa fuerit. Cuius celebratio, cum ab eo tempore vsq; ad nostra, ob ęquinoctij anomaliam (hoc enim obseruandum est) non rectè accideret, necessarium erat tot dies subtrahi, quot à Concilio, vsq; ad Grego-

Sanctum pascha cur non eodem die, sicuti & natiuitas, celebratur.

D. Augustin.

Pascha Hebræa lingua quid significat.

Gregori. Nazianzenus.

Pascha Græcè quid significat.

Nicæna Synodus cur principaliter fuit congregata?

rianam correctionem in præcedentia progressi fuerant. Vnde & Caietanus super 12.cap. Exod. assignans rationem cur in Paschatis celebratione deuiaret Ecclesia? Dicit oriri: quia solis ingressus in ariete, qui vocatur equinoctium vernum in Calendario Ecclesiastico manebat fixus in vigesimaprima die Martij: at in cælo non figitur, cum iam esset inter decimam, & vndecimam diem eiusdem mensis. Quid igitur est, quod Michael Mæstlinus putridus Hæreticus Calendariũ Gregorianum denigrare conatur, & Romanum Pontificem hanc ob causam illud correxisse, vt in errario numos congregaret? Sed mentitur in caput suum, cum non solum, nec minimum quadrantem hac de causa in eo reposuerit, sed vrbs testis est, sanctissimum illum Pontificem pauperum nomina scripta habere: & cuiq; necessaria tribuere. Sed rationes, quas pro euertẽdo Calendario adducit infirmas esse, & inter se contrarias omnibus est manifestum: cum nõ veros, sed medios seu potius, aliquando nõn medios Lunæ motus, sed solũ cyclorum rationem in indagando Sancto Paschate Ecclesia obseruet: Ab ecclesia enim subtilitates astronomicæ procul esse debent. Verum cum omnia sua argumenta nõ minus erudite, quàm piè à Christophoro Clauio Bambergensi Iesuita in sua apologia refellũtur: Hęc pauca volui dixisse pro arcenda huius insani viri temeritate, quàm longius repressissem: si libellum contra Calendarium quamprimum inspexissem. Dum enim Venetiis agerem hoc anno 1589. vt Salomonis Neomenias prælo darem à R.P. F. Vincentio Arrigono Brixiensi ordinis Prædicatorum Lectore studiosissimo, & in toto dominio Serenissimæ Reipublicę Venetiarum hæreticæ prauitatis Commissario diligentissimo, nunc vero Inquisitore Generali, oblata est mihi eius apologia contra hunc hominem. Vnde hæc pauca hic inserere necessarium esse duximus. Generaliter autem superius contra hæreticorum malitiam scripsimus, nam & audiuimus, Calendarij correctionem non acceptasse, annumq; antiquum obseruare, nullas tamen eorum rationes cõtra Calendarium, nec vidimus, nec audiuimus. Cum igitur, & in Sacramẽto, & in memoriam celebratur sanctum Pascha, mirum non est si ab Ecclesia tanta adhibita est diligentia, vt annus correctus fuerit ob tanti diei celebritatem.

Ecclesia cur deuiabat in celebratione paschatis.


Michael Mæstlinus Hæreticus contra Calendarium Gregorianum malignè debacchatur.

Ecclesiæ obseruatio in sãcto paschate indagando.

Mæstlini argumenta omnia soluuntur à Clauio.

Vincentius Brixiensis ordinis prædicatorum Inquisitor Generalis in Serenissima Venetorum Republica.

Quando celebrandum sit sanctum Pascha. Cap. XXV.



FESTVM Paschatis quando celebrandum est: inuestigabimus. Sed in primis omittendum non est circa huiusmodi celebrationem, Asianos semper à Latinis dissentisse, ac in magnam aduenisse controuersiam: præsertim anno Christi 349. quæ duodecim ferè annis perdurauit.

Asiani à Latinis dissentiunt in Paschatis celebratione.

Ita vt Ambrosio Theophilo, Cirillo, Protherio, & Theodosio semper Augusto res summoperè displiceret. Et quamuis sedata fuerit huiusmodi concertatio, Diabolo tamen in Ecclesiam Christi zizaniā disseminante: alia suborta est anno Domini 403. tempore Innocentij Papæ primi. Causa autem huius cōtentionis fuit, Asianos, & Orientales omnes quartadecima Luna, cum Iudæis Pascha sanctum celebrare, siue tunc Dominicus incidisset dies, siue non: Latinos verò & occidentales omnes proxima Dominica post quartam decimam Lunam. Asiani, & orientales hanc celebrationem in Ioannem Euangelistam Episcopum Ephesinum, & Philippum Apostolum Christi discipulos referunt: Latini in Petrum, & Paulum. Sed reuera, cum in memoriam resurrectionis Iesu Christi filij Dei sanctum Pascha celebretur, Christus autem die Dominico post quartamdecimam Lunā primi mensis, in quo Pascha fit Iudæorum, resurrexit, procul dubio eo, non alio tempore celebrandum est: Vnde sunt, & testimonia sanctorum. Diuus Ambrosius in epistola 83. hanc legem Paschæ nobis seruandam esse docet, vt non quartadecimam obseruemus, in die resurrectionis, sed in die magis passionis, aut certe aliis proximis superioribus diebus: quia resurrectionis celebritas die Dominico celebratur. Rursus inquit Christum quinta feria in qua, & quartadecima Luna accideret Pascha cum discipulis manducasse: sequenti die, hoc est sexta feria crucifixum, Luna quintadecima: Sabbato quoque magno illo decimasexta fuit; ac per hoc decimaseptima Luna à mortuis resurrexisse. sed si decimaquarta Luna primi mensis dies Dominicus incideret, quando celebrandum esset sanctum Pascha? In eadē epistola docet vsq; ad sequentem prorogandum esse Dominicam. Cum enim Dominica die ieiunare non debeamus (nam Manichæi tunc ieiunant) neque decimatertia Luna die Sabbati incidente ieiunium soluere, quia potius dies passionis est: in sequenti hebdomada celebritas ista est differenda. Vnde & post medium epistolæ inquit. Vigesimaprima Luna proximum Pascha celebrandum est. Idem docet August. in epistola 119. ad Ianuarium cap. 3. tertia scilicet Lunæ hebdomada, Pascha celebrari, idest, quis dies à quartadecima in vigesimam primam occurrit: ibiq; Sacramētum occultari manifestat. Nam tertia Lunæ hebdomada tēpus tertium quod est gratiæ, ac tertiam conuersionem ab exterioribus ad interiora significat. Luna verò quartadecima vsq; ad vigesimamprimam obseruatur propter numerum septenarium, quò vniuersitatis signatio sæpè figuratur: qui etiam, & ipsi Ecclesiæ ob instar vniuersitatis tribuitur. Idem asserit Beda Venerabilis inde temporum ratione cap. 57. Idem Isidorus libro suo ethimologiarum; idem deniq; omnes ferè doctores, qui de huiusmodi re pertractant, vt Caietanus Cardinalis super 12. Exod.

Caussa dissensionis latinorum, & asianorum in paschatis celebratione.

Sanctum pascha die Dominico celebrandum.

D. Ambrosij testimonium de die celebrationis paschatis.

Die dominico in 14. Luna incidēte, quando celebrandum esset sanctum pascha.

Manichæorū ieiunium.

D. Augustini testimonium de die celebrationis paschatis.

Testimoniū Bedæ, Isidori, Caietani, Durandi, & aliorum.

cap. Gulielmus Durandus lib. 8. rationalis diuinorum officiorū cap. 12. & alij penè innumeri. Verum, vt cæteros prætermittamus summorum Pontificum auctoritates, & decreta, (quibus sancti innituntur Patres) præcipiunt Pascha Dominico die post Lunam 14. celebrari. Extat Epistola Pij Papæ primi, & Martyris octaui à Petro, vt vult Marianus Scotus, seu noni (vt ex diui Iuonis Episcopi Carnutensis decreto 4. part. de obseruatione festiuitatum elicitur) vel iuxta alios, decimi. Quo in loco præcipit fidelibus cunctis, vt Dominica die post 14. Lunam vbiq; locorū pascha Domini celebretur; fuitq; Is annus salutis iuxtà Volaterranum lib. 22. Antropologię 144. seu 150. iuxta aliquorum opinionem; quod etiā habetur in decreto de consecratione distin. 3. cap. Nosse vos volumus monitus ab Hermete diuino homine; quem fratrem suum extitisse, eumq; librum, qui Pastor inscribitur, exarasse: tēporibus Antonini Pij Imperatoris anno Domini 129. auctor est Damasus Papa primus in cathalogo Pōtificum. At Origenes lib. 10. in epistola ad Romanos: indicat eum fuisse paulo synchronon. Vnde & Sixtus Senensis lib. 2. suæ Bibliothecæ motus illis Pauli Apost. verbis ad Rom. 16. scilicet. Salutate Phlegontem; Hermam, Patroban, & Hermen, & qui cum eo fratres sunt: existimat hunc Hermetem ipsius Apostoli fuisse discipulum: huius tamen Ruffinus in explanatione Symboli, & Eusebius lib. 3. Ecclesiasticæ Historiæ cap. 3. meminerunt. Huic igitur Hermeti fatetur Pius apparuisse Angelum Domini in habitu Pastoris, sibiq; præcipiētem: vt die Dominico, Pascha Domini celebraretur. Extat, & Epistola Victoris Papæ, & martyris duodecimi à Petro, iuxta Marianum Scotum, vel 13. vt vult D. Iuo, seu iuxta alios 14. ad Theophilum Alexandriæ Episcopum. Qui ex Eleutherij sententia instituit Pascha die Dominico celebrari; à 14. Luna mensis Martij vsq; ad 21. Nam antea more Hebræo celebrabatur, fuitq; is annus salutis 190. seu (vt vult Volaterranus) 194. & habetur in decreto distin. 3. de consecrat. cap. celebritatem Sancti Paschæ: Idq; ob maximas controuersias, altercationesq; inter Episcopos, & cæteros fideles tunc exortas, quæ quantæ fuerint, lege Eusebium lib. 5. Ecclesiasticæ historiæ cap. 22. & 23. ac ipsius victoris Epistolam ad Aphricos paræneticam. Non desunt sanctorum Pontificum auctoritates, & instituta. Verum quod Pascha die vno, & tempora cunctis fidelibus sit celebrandum: sunt etiam sacrorum œcumenicorum Conciliorum testimonia. Extat testimonium Concilij in Cæsarea Palestinæ celebrati eiusdem Sācti Victoris iussu & hortatu, cuius idem Eusebius loco iam citato meminit, & Theophilus Cæsareæ Palestinæ Episcopus in sua Epistola Synodali. Extat præceptum Concilij Arelatensis cap. 1. extat & Cartaginense 4. cap. 65. Antiochenum cau. 8. & ante eam Nicænū 318. Episcoporum præsentia illu-

Pij Papę primi testimonium de die celebrationis paschæ.

Volaterran. Testimoniū decret. de die celebrationis paschatis.

Hermes frater Pij Papæ primi.

Origenis placitum de hermete.

Angelus docuit Hermetem die celebrationis paschatis.


Victoris Papæ Epistola de die celebrationis paschæ.

Diuersorum conciliorum testimonia de die celebrationis paschatis.

illustratum; quod hanc ob causam præcipuè congregatum fuisse scribit Athanasius (vt supra referimus) vt Paschatis dies eodem die, & tempore ab omnibus coleretur. Sed lege Socratem lib. 1. suæ historiæ scolasticæ cap. 6. & Theodoretum eodem libro cap. 9. vbi cernes Epistolam à Concilio ad Ecclesiã Alexandrinam missam, ne cum Iudæis Pascha celebretur, nec diuerso tempore. Extat, & Concilium Aurelianense 4. vt sanctum Pascha, iuxta Victoris laterculum celebretur. Extat, & Tolet. 4. can. 4. vt vno tempore celebretur. Sed & pertranseundum non est, quid ante omnia in Concilio Romæ celebrato inter Thermas Domitianas à Sanctissimo Pontifice Siluestro huius nominis Primo, præsente Constantino Imperatore semper Augusto, ac 275. Episcoporum cœtu decorato, propositum, & definitum fuerit. Verè præceptum de solemnitate Paschæ. Hæc enim sunt sanctissimi illius Pontificis verba. Omnibus Episcopis, & presbyteris preceptũ est, Paschæ obseruantiam custodire à Luna quartadecima, vsque ad vigesimam primam: Ita vt Dominicus dies corruscet. Et dixerũt Episcopi. Placet. Alia testimonia adducere nolumus, quia res ipsa omnibus manifesta est. Quæ autem attulimus, ea de causa attulimus; vt sciant Hæretici eas non esse Papistarum (vt dicunt) inuentiones, sed sanctissimorum decreta Pontificum, œcumenicorum Conciliorũ sanctiones: & ab vniuersali Ecclesiæ perpetua consuetudine oriri, quæ est altera lex: immo Apostolica traditio (vt iam ostendemus) perspicietur traditio celebrandi Paschatis.

S. Syluestri determinatio de die celebrationis paschatis.

Quod traditio de celebrando paschate eodem die & tempore, sit Apostolica. Cap. XXVI.



ET si ex Beatissimorum Pontificum decretis, ex œcumenicorum conciliorum statutis, & ex Sanctorum Patrum auctoritatibus sit manifestum, quando celebrandum est sanctum Pascha: Nihilosecius cũ traditionem de Paschate Brentius hæreticus inficiat, non esse apostolicam teneat, vel si sit Apostolica in dubium reuocet: Ideo & nos idem diligẽti perquiremus examine, vt hæretici istius blateronis, & similium perditorũ hominum temeritas, atq; ignorantia omnibus innotescat. In primis igitur rationibus, & auctoritatibus traditionem huiuscemodi Apostolicam esse demonstrabimus: Deinde Brentij argumenta, & hæreticorum ponemus; Postremo singulis satisfaciemus argumentis. Primo igitur tanquam verum supponendum est, Christũ redemptorem nostrũ Dominica die à mortuis resurrexisse. (Hoc iam superius manifestauimus) atque ab hac sumpsisse initium Ecclesiam Dei, diẽ Domini-

Brentius debacchatur in sanctum pascha.

Die Dominico Christus resurrexit.

minicam tanquam festum celeberrimum honorare. Quod insinuare videtur Ambrosius in sermone de Pentecoste dicens. Dominica die inde nobis sollemnitas est, quia in eo Saluator noster, velut Sol oriēs luce resurrectionis emicuit. Et Augustinus lib. ad inquisitiones Ianuarij. Dies dominicus nō Iudæis, sed Christianis resurrectione Domini declaratus est; & ex illo cœpit habere festiuitatem suam. Et Leo Pontifex homilia 81. tantis est hæc dies diuinarum dispensationum mysterijs conseruata, vt quicquid à Domino est insignius institutū, in huius diei dignitate sit digestum. In hac mundus sumpsit exordiū, in hac per Christi resurrectionem, & mors interitum: & vita sumpsit initium. Et paulò inferius. Magnum fuit beneficium quod creati sumus, qui non eramus: sed multo maius illud quod restituti sumus, qui perieramus, per eum ipsum per quem creati sumus Dominū nostrum Iesum Christum. Quapropter merito diem hunc celebramus, merito dominicum appellamus: in quo vere se Dominum Christus declarauit, non solum quando per eū totius hic orbis ex nihilo creatus est: verum etiam quando resurgens ex mortuis; manifestum fecit omnibus quod potestatem haberet, &c. idem ferè omnes dicunt Doctores. Sed ne dum apud eos inuenimus, verū & in scripturis sanctis legimus diem hunc dominicum Apostolos instituisse: celebrasseque; ergo nulli dubium erit in memoriam resurrectionis Iesu Christi filij Dei illum sanxisse. Igitur multo magis die dominica resurrectionem eius honorasse: credendū est; Vtq; deinceps obseruaretur: præcepisse. Verum quia hæretici negant festorū obseruantiam esse Apostolicā (inter quos sunt Vuitcleuistæ) nos diei dominicæ sollemnitatem ab Apostolis esse institutam & consequenter aliarum festiuitatū Domini ostendemus. Et primo se offert diui Hieronymi authoritas libro primo de officiis cap. 24. Dominicum diē (inquit Hieronymus) Apostoli ideo religiosa sollemnitate sanxerunt: quia in eadem Redemptor noster à mortuis resurrexit. Idem docet D. Augustinus sermone 25. de tempore. Sed quod huiusce diei institutio sit apostolica: ex sanctarum scripturarum testimoniis clarè elicitur. Habetur Actuū 20. Vna autem Sabbathi cum conuenissemus ad frangendum panem. Et primæ ad Corinthios cap. 16. Scribit Paulus Apostolus. De collectis autem quæ fiunt in sanctos, sicut ordinaui in Ecclesijs Galatiæ: ita & vos facite per vnā Sabbathi. Vnam Sabbathi Ambrosius in expositione Marci 16. vocat Dominicam diem. Vnde & Euangelistæ dicunt, Dominum vnam Sabbathi resurrexisse. idem docuerunt Hieronymus, Remigius & cæteri. Et verè quod apud Iudæos dicitur vna Sabbathi, vel vna Sabbathorum, vel prima Sabbathi: apud fideles vocatur dies dominica. Quapropter clarum omnibus erit, quod si Paulus vnam Sabbathi à Corinthiorum, & Galatarum Ecclesiis ex eius

D. Ambrosij & Augustini testimonia de die resurrectionis Christi.

D. Leonis placitum de die resurrectionis Christi.

Vuitcleuistæ negant festorū obseruantiam.

Dies Dominicus ex institutione apostolica.

Quid intelligitur per vnā Sabbathi.

præcepto obseruatam commemorat: diem dominicum insinuari eam voluit. Quod cum ita sit, quis non videt diem hunc ab Apostolis sancitum esse? qui cū in resurrectionis Iesu Christi Saluatoris nostri memoriam institutus cernatur, quis negabit Apostolos dominica die resurrectionem eius non obseruasse? cum ob illam toties sacratus hic dies religiosa sollemnitate repetatur? Sed adhuc superstes erat Euāgelista Ioannes, qui exulans in Pathmos Insula, in spiritu se raptum, non nisi in dominica die asserit, ad videndum & audiendum ea, quæ non licebat homini loqui. Et fui (inquit Apoc. primo) in spiritu in die dominica. Erat ne ante Christi resurrectionem de dominica die mētio? nullibi profecto reperitur. Sed post Sancti Spiritus missionem, lege noua in humano corruscante cultu: abolitum est Sabbathū, & dominicæ resurrectionis dies clarescebat dominica. Ergo huius dies institutio Apostolica fuit. Igitur & festi paschatis. Amplius habetur actuum 20. paulo ante medium, quod Paulus festinabat, si possibile sibi esset: vt diem Pentecosten faceret Hierosolymis. Et primæ ad Corinthios 16. de seipso scribens dicit. Permanebo autem Ephesi vsque ad Pentecostes. Vnde & Ambrosius in Lucam ait ad Ephesios. Paulus Pentecosten celebrat, relaxat animum: quia fidei cernebat ardorē feruentes. Ex quibus clarè patet Apostolos Pentecostis festum instituisse: ergo & Paschatis. Nam sicut illud in memoriam Spiritus Sancti ad eos missi: ita & illud in resurrectionis celebritatem obseruasse fatendum est; nisi velimus dicere Apostolos illud obseruasse, hoc autem minimè: quod à fidelium auribus alienum debet esse, cum resurrectionis dies cæterarum sollemnitatum initium fuerit. Quare Thomas Valdēsis Carmelita, acerrimus hæresum impugnator, in suo doctrinali antiquitatum fidei Ecclesiæ Catholicę tom. 3. aduersus Vuitcleuistas & Hussitas titulo 16. de festiuitatibus Sanctorum celebrandis, adducens illud Actuum 20. de Pentecoste ab Apostolo Paulo celebrato: inquit ipsum festum Apostolos instituisse. Super quem locū citat Bedam libro retractationum in actus, sic alloquentem. Nota ergo & Paschæ tempus, & Pentecostes: ipsis etiam Apostolorum temporibus esse celebratum. Sed vtrum in Iudæos æmulatores legis, ad diem quo immolatus est in Ægypto, & quo lex data est in monte Synai: an vero ad diem dominicæ resurrectionis, & Aduentus Spiritus Sancti celebrata sint: dicant qui nouerint. Constat tamen Apostolum Petrum Romæ die dominica resurrectionis Christi Pascha celebrasse: constat hoc Euangelistā Marcum ab eo missum in Ægyptum, docuisse. Videte igitur Hæretici quomodo traditio de paschate celebrando, sit Apostolica: cum Beda Vir Sanctissimus Petrum Romæ, Marcum in Ægypto illud celebrasse asserat. Nec quis tam peruersæ mentis erit, vt vel in Iudæos ęmulatores legis ad diem sui Paschatis, vel

Io. Euangelistæ testimonium de die Dominico.

Celebratio Pentecostes à D. Paulo.

Thomas Valdensis.

Bedæ sententia de institutione diei dominicæ.

S. Petrus celebrauit Romæ sanctum pascha die dominico, & S. Marcus id docuit in Aegypto.

vel ad diem suæ promulgatæ legis Apostolos sanctum Pascha,& Pentecosten celebrasse existimarit: cum per Christi mortem omnis veteris legis obseruantiæ desierint. quare cum Christus in Cruce clamauit, Consumatum est: quid aliud innuere voluit; nisi quod vetus testamentum, eiusq; virtus consumata essent? nam vetus testamentum non hominis naturam, sed Dei instituentis intentionem sequitur: ideo quantum intendit Deus illud duraturum, tantum & non amplius durauit: quod fuit vsque ad eius mortem. De præceptis vero moralibus in ipso contentis, cum sint naturalia: manente natura manent; ob id & manserunt. Igitur cum cæremonialia,& iudicialia scirent Apostoli post Christi morté esse mortua, núquam legalia obseruarunt: sed solum simularunt se seruare; ne Iudæos,qui ex circuncisione venerant ad fidem, scandalizarent. Sic docet Diuus Hieronymus in secunda parte epistolæ tract.2. epistola 3.& 28.vel (vt dicit Augustinus ibidem)quod si seruarunt legalia: non tamen in eis spem posuere. Et verè non poterat tunc aliter fieri, cum Christiana religio eo tempore initium sumeret. Verum publicato per orbem terrarum Euangelio,vetera eijciebant: noua vero condebant. Sed num seruando legalia peccarent? Diuus Thomas Ecclesiæ lumen prima 2.q.103.art.4. vbi tractat de morte & legaliū mortificatione, inquit Petrum peccasse, non quia legalia seruauit, quæ & ipse Paulus seruauit: sed quia circa ipsorum obseruantiam nimiam & inconsideratam diligentiam adhibuit. Quo factum est, vt eius conuersationis exemplo,quod(teste Leone) validius est verbo, alij inducebantur ad ipsa obseruanda; sicq; quodammodo eos iudaizare cogebat. Hanc ob causam restitit ei in faciem Paulus, quia verè reprehensibilis erat: non quia legalia seruaret; verum quia & alios scandalizauit, & ad talem induxit simulationem. At si quispiam quæreret, num sic peccante Petro, bene fecerit Paulus reprehendere Petrum, cum Paulus minor Petro fuerit, Petrus autem Pastor Pauli, & omnium tam Apostolorum quam fidelium? aut quia restitit in faciem eius par Petro fuerit, & tamen par in parem non habet imperium? Respondendum igitur est Paulum in faciem Petro restitisse, vt sibi par erat in executione officij defensiui fidei. Erat quidem Paulus par Petro in executione illa: non autem in authoritate regiminis; quæ imperium commissum sonat. Manifestum igitur est, traditionem de Paschatis celebratione ab Apostolis nobis esse relictam: cum non sit credibile Apostolos illam minimè obseruasse. Verum in argumentorum dilutione quæ contra hanc veritatem hæretici adducunt: illustrius perspicietur traditionem huiusmodi esse Apostolicam.

In Christi morte omnes veteres legis obseruantiæ finierunt.

Quæ præcepta veteris legis remansērūt post Christi mortem.

Cur Apostoli simularunt seruare legalia?

Num Apostoli seruando legalia, peccarent.

Dubitatio.

Responsio ad dubitationē.

Obiecta Brentij & hæreticorum, quod de Paschate celebrando, non sit aliqua Apostolica traditio. Cap. XXVII.



IQVIDO constat ex sacris eloquijs, & doctorum axiomatibus, sancti Paschatis traditionem esse Apostolicam: nihilominus tamen non contentus Brentius hæreticus alia multa contra sanctam Matrem Ecclesiam scriptitasse, & determinasse: etiam hoc de sancti Paschatis dogma euertere, & de medio auferre conatus est, multis multisq; rationibus; quas qui bene animaduerterit fragiles quidem, & exiles deteget. Prima igitur ratio sua fundatur in diuersa Paschatis obseruatione à multis, ob id affirmare ausus est, vel saltem dubitare: si huiusmodi traditio sit Apostolica. Si esset enim (inquit) Apostolica, omnes eodem die, & tempore, quo Apostolica traditio præcepisset, obseruarent. Contrarium tamen videtur, cum Asiani, & orientales xiiij. Luna celebrent: idq; in Ioannem Euangelistam referant. Occidentales die dominico post xiiij. Lunam, idq; in Petrum, & Paulum. hæc igitur varia Paschatis celebratio: non est signum quod traditio sit Apostolica. Igitur vel quod quartadecima Luna celebretur, vel post xiiij Lunam die Dominico: nihil obest. Vnusquisque igitur suo modo poterit sanctum Pascha obseruare. Deinde cum perditissimus hic homo sciat, in diuinis argumenta ab authoritate magni esse ponderis, sicuti in humanis, minoris: affert & secundam rationem; quæ vim sumere videtur ex illis Pauli Apostoli verbis ad Galat. 4. dies obseruatis & menses, & annos: timeo, ne sine causa laborauerim vobis. Et ex illis ad Coloss. 2. Nemo vos iudicet in cibo, aut in potu, aut in parte diei festi, aut Neomeniæ, aut Sabbathi: sed qui hoc modo celebrat sanctum Pascha; dies obseruat, menses, & annos: quos obseruari prohibet Apostolus; monetque, ne quis in festorum obseruantiam nos iudicet, igitur non est Apostolica traditio. Rursus Socrates Græcus, Ecclesiasticus Scriptor, lib. 5. cap. 22. suæ historiæ, scribit Apostolorum institutum non esse de diebus festis sancire, sed rectam vitam, & pietatem docere: ergo nunquam traditio de Paschate celebrando fuit Apostolica. Subinde (inquit Brentius) ponamus traditionem Paschatis fuisse Apostolicam, non ob id tanquam necessariam: sed liberrimam instituerunt. Posset etiam argui non esse ab Apostolis traditam, cum à Pio Pontifice huius nominis primo, ex verbis Hermetis institutum videatur: quando apparuit ei Angelus, docens; vt die Dominico Pascha celebraretur. Sed argumento alio, quo sæpissime hæretici vti solent in diuersis suis dogmatibus confirmandis, cum scilicet negant vel sacramenta Ecclesiæ, vel claues, vel imagi-

Brentij malignitas.

Prima Brentij ratio contra sanctum Pascha.

Secũda Brentij ratio ab auctoritate.

Tertia ratio ex auctoritate.

Quincta Brẽtij ratio.

Aliud argumentum.

imaginum adorationes: vel Sanctorum inuocationes, vel templorum cultum, & ornatum, vel purgatorium: & vniuersaliter sanctæ Ecclesiæ cæremonias, ritus, obseruationes, & alia huiusmodi. Argumentantur igitur tali pacto. Nihil in Ecclesia obseruari debet, nisi quod à Deo institutum perpenditur: ita vt in Scripturis sanctis scriptum reperiatur. Hæc propositio probari potest ex eo, quod volens Apostolus Paulus Eucharistiæ Sacramentum tradere, primæ ad Cor. 11. dixit. Ego enim accepi à Domino, quod & tradidi vobis, &c. Sed de festis colendis, ac præcipue de sancto Paschate celebrando, nihil in scripturis traditur obseruandum: non igitur est Dei institutio, nec huius celebrationis aliqua Apostolica traditio. ob id nec obseruari debet, nec tanta adhiberi diligentia: vt rectè celebretur. Hæc sunt Brentij hæretici argumenta, & aliorum hæreticorum cauillationes, quibus dogma suum immobile, & veridicum persistere credunt: traditionemq; hanc non esse Apostolicam, inficiunt.

Postremum hæreticorum argumētum.

Obiectorum Brentij & hæreticorum dilutiones. *Cap.* XXVIII.



IROR quidem tantam Brentij audaciam, quæ ea est, vt argumenta quæ acchiles putat esse: mediocriter in sacris versati literis (ne dicam etiam pueri) soluere possint, & sciant. Vt quid Brenti hæc moliris? insolubilia sunt. vbi logicam dedicistis hæretici? verè vestram detegitis inscitiam: simul, & malitiam. Sed ne putetis me verbis velle vobiscum agere, ad primam tuam (ò Brenti) rationem, quam in varia de Paschati celebratione confisus: non te puduit contra Ecclesiæ decreta inferre, facilè respondetur, doctrina, quam Epifanius celebris scriptor hæresi. 90. docet. scilicet, hanc diuersitatem non impedire quin huiusmodi traditio non fuerit apostolica: nec vnquam Euāgelistam Ioannem id sanxisse credendum est. quod si Asiani aliter obseruarunt aliquando, id errori adscribendum putamus: cum malè Apostolorum dicta interpretarentur, & per ignorantiam secus intelligerent. Itaque credimus Ioannem Euangelistam de gestis Domini eos instruxisse, de cena præcipuè Dominica, quando agnum comederunt Paschalem: ipsi verò crediderunt id Christum perfecisse, vt à Christianis in posterum obseruaretur; non quod reuera dilectus Christi Discipulus id docuerit, vt obseruarent, sciebat namque veteris legis vmbras iam cessandas: nec amplius custodiri debere. Quod si obijceretur non ob id veteris legis vmbras custodisse, sed Saluatoris instar Pascha Sāctum Luna xiiij. celebrare maluisse. hoc (inquam) non valet. nam quod Christus id patrauerit, fuit non vt in posterum

Brentij audacia, & hæreticorū malitia.

Responsio ad primā Brentij rationem ex doctrina Epiphanij.

Obiectio.

Obiectionis solutio.

id obseruaretur: sed qui non venerat soluere legem, sed adimplere: adimpleuit primo ea, quæ legis erant, deinde finem legalibus ceremonijs imponens, nouam reliquit traditionem: nouumque condidit testamentum; nempe corporis, & sanguinis sui mysterium: cum dixit, hoc est corpus meum: hic est sanguis meus: hæc quotiescumque feceritis, in mei memoriam facietis. ita quoque discipuli consummata cum Christo lege veteri, nouam, quam Christus tradidit legẽ, obseruare curabant. Secundæ rationi antequam respondeatur, notanda est hæreticorum malitia: qui omnes hac semper vti solent versutia (vt author est etiam Diuus Augustinus primo de Trinitate c. 3. & in libro contra Donatistas, cap. 19.) vt ex scripturis sacris perperam intellectis: defendere, & errores suos fulciri conentur, plerũq; etiam truncatè allegant: imitantes in hoc Sathanam, eorum patrẽ, vt rationes suæ maiorem habeant apparentiam. Sic Brentius, & reliqui huius sectæ efficiunt: malè intelligunt Apostolum Paulum, malè allegant: ex cuius dictis sic malè intellectis; roborare nituntur errores suos. Itaque quod à Beato Petro Apostolorum Principe in secunda sua Epistola, cap. 3. dicitur: iam verificatur. Pauli scilicet Apostoli Epistolas ab indoctis, & peruersis hominibus deprauari: sicuti & cæteras scripturas ad suam ipsorum perditionem. Prohibet certè (ò Brenti) Apostolus dierum, mensium, ac annorum obseruationes: non respectu festiuitatum, sed respectu futurorum contingentium. cras enim (inquit ille) proficiscar hodie non est bonum, altera die vxorem ducam: nam nuptijs dies Martis contrarius est. Hodie bonum est congredi Principes: propter trigonam luminarium irradiationem, hoc mense fugiam senes, ob assiduam luminarium cõmixtionem cum Saturno: hoc anno minimè id faciam: sequenti proficiam. Similes igitur dierum, mensium, annorumq; obseruationem prohibet Apostolus: Monetq; ne quis nos iudicet. Vanas superstitiones, vanaq. fatalia reprehendit. nam hæc si quis obseruet, suam in eis spem ponens, finemq. præbens: & fallitur, & Deum offendit; à mortali enim peccato (meo quidem iudicio) non excusatur. non loquimur de contingentibus, quæ vel necessario, vel vt in pluribus eueniunt: cum habeant hæc causam naturalem. Amens quidem esset, qui ex corporum cælestium motu præ sciens cras futuram esse tempestatem, quæ vel necessariò, vel vt plurimum accidit cum sit effectus naturæ: & tamen iter arripere vellet. Sed de his loquimur, quæ ab hominis voluntate cum vel elici, vel deflecti sua quidem prudentia possint: superstitiosus tamen, & vanorum fatalium obseruator, non videt dierum, mensium, & annorum obseruare accidentia ad suam ipsius perditionem: quæ euertere conatur Apostolus, quæ anathematizzat, maledicit: ac prohibet; hunceque esse germa-

Malitia, & hæreticorum versutia in scripturarum intelligẽtia, & earum allegatione.

Dierum, mensium, & annorũ obseruationes, quomodo prohibet Apostolus.

Solutio secundæ rationis Brentij.

germanum illius literæ sensum, consulite (ô Hæretici) Doctores in locis Apostoli allegatis, & videbitis vos Apostoli verba detorquere. Tertia ratio in authoritate Socratis, Ecclesiasticæ historiæ scriptoris fundata, si bene consideretur: sacrorum dierũ obseruantiam minimè explodit. Nam præcipua Apostolorum intentio vtique non erat de diebus festis sancire, sed rectam vitam, ac pietatem docere: at docentes rectam vitam & pietatem, docebant quidem festorum dierum obseruantiam: tamquam illam consequentem. Quare, Stanislaus Hosius Cardinalis, & Episcopus Varmiensis Doctissimus, libro quarto de traditionibus; optimè ostendit Apostolorum Scopum fuisse rectam vitam, & pietatem docere: Verum hanc charitatem ad duo ordinari: ad Deum, & proximum. Deus tunc diligitur, cum eius vestigia in cessanter sectantes, beneficiorum eius non obliuiscimur: sed immensas ei in dies referimus gratias. Inter alia beneficia (vt superius diximus) nobis præstita, maximè præstat beneficium resurrectionis Iesu Christi Filij Dei. vt igitur corã ipso grati inueniremur, necessum erat mysterium hoc redolere: ac propterea ab Apostolis institutum est. Proximus verò tunc à nobis diligetur; cum mutuam charitatem, & pacem conseruauerimus. Sed inter amicos idem velle, idem nolle requiritur: vniformitas denique in omnibus. At quomodo hæc aderunt, nisi vniformiter festa celebremus? hæc igitur vniformitas, vt perpetuo seruaretur: tot concilia acta sunt, tot conditi sunt Canones: tot Statutæ sunt leges; tot decreta publicata Pontificum, vt non immeritò, qui ab hac vniuersali vniformitate discesserunt: membra Christi, & Ecclesiæ abscissa iudicata fuerint; & nunc iudicanda censeantur. Et verè iniquum, & turpe est: cum Christianorum vna sit fides, vnum baptisma, vnus sit Spiritus, vna Ecclesia: & festorum obseruantiam non vnam, & eandem, sed diuersam: & tamen non aliter sumus, quam vnus grex, & vnus pastor. igitur id ipsum dicere omnes necesse est, si perfecti simus in eodem sensu, & in eadem sententia (vt monet Apostolus primæ ad Corinth. 1.) Quartæ obiectioni respondet Hosius Cardinalis loco supra citato, dicens. Dato quod liberam instituerint Apostoli celebrationem Paschatis, postquam Concilium in vnum coiuit, vt Paschæ solẽnitas, eodem die, & tempore ab omnibus celebraretur: post tot patrum labores; post tot sumptus, & dispendia; licitum erat cuique vt suo libito Pascha celebraretur? minimè. Verum dicendum quoque est, traditionem de Pascha celebrando non reliquisse liberam Apostolos, sed necessariam: & Brentius oppositum non probat, nisi auctoritate illa Apostoli ad Romanos cap. 14. nempe alius iudicat diẽ inter diem, alius autem iudicat inter omnem diem. Sed hanc Apostoli sententiam, sicuti & cæteras deprauat Brentius. Non enim ad hunc

Tertiæ rationis Brentij solutio prima.

Stanislaus Hosius.

Solutio secunda ex dilectione Dei, & proximi.

Quartę obiectionis solutio prima.

Solutio secunda.

Scripturas Brentius hæreticus extorquet.

hunc sensum loquitur Apostolus: sed de Iudæorum obseruationibus ad Christum Conuersorum. Quapropter cum non probet quomodo Apostoli tradiderint nobis celebrationem de Paschate, non tãquam necessariam: sed liberrimam: manifestum est Brentium hæreticum ex capite loqui. Verum in vltimi dilutione argumenti, clarius perspicietur traditionem hanc necessariam non liberrimam Apostolos reliquisse. Alteræ verò rationi facilius respondetur, non sequi traditionem de Paschate non fuisse Apostolicam, quia Pius Papa Primus ex Hermetis dictis, cui Angelus apparuit, ipsumque edocuit de Paschate celebrando, id præceperit obseruandum. Etsi diceretur, quod non præcepisset Pontifex obseruandum, si Apostolica fuisset institutio: nam antea non obseruabatur, nec die celebrabatur Dominico, si enim obseruatum fuisset: non edidisset Canonem Pontifex. Respondetur Pium Pontificum in Epistola sua, hæc verba afferre. Et licet nos idem Pascha prædicta die celebremus, quia tamen quidam inde dubitarunt: ad corroborandas animas eorum; eidem Hermæ Angelus Domini apparuit. Ex quibus verbis manifestum est, semper etiã ante Pium, tempore Apostolorum, die Dominico post xiiij. Lunam Sanctum Pascha celebratum esse. Etsi Angelus Hermæ apparuit, fuit propter quosdam dubitantes, si die Dominico, vel aliq celebraturi essent sanctum Pascha. Vltimum vero argumentum, quo (vt dictum est) maximè vtuntur hæretici in suis dogmatibus, præcipuè Lutherani: nihil valet. Argumentum enim ab auctoritate negatiuè: purum sophisma est. Nam non omnia quæ fecerunt, ac dixerunt Christus, & Apostoli, necesse est, vt sint conscripta. Quapropter Ioannes Euangelista, capite vltimo sui Euangelij dicit. Non omnia quæ fecit Iesus, scripta sunt in libro hoc: quæ si scriberentur per singula, nec ipsum arbitror mundum capere posse eos: qui scribendi sunt libros. Et Diuus Thomas verè lumen Ecclesiæ splendidissimum & hæreticorum omnium malleus fortissimus 3.p. q. 25. art. 3. in resp. ad 4. arg. asserit Apostolos familiari instinctu Spiritus sancti quædam Ecclesijs tradidisse seruanda quæ in scripturis non reliquerunt, sed in obseruatione Ecclesiæ per successionem fidelium remanserunt. Ex quibus sanè verbis rectè colligitur, argumentum hæreticorum nullius esse ponderis. Quare scholasticè respondendo, maiorem propositionem falsam esse dicimus. Et cum dicitur, quod Apostolus volens Eucharistiæ Sacramentum tradere, dixit: Ego enim accepi à Domino &c. dicitur, quod quemadmodum traditionem de Eucharistia à Domino Paulus accepit: ita & multarum rerum traditiones à Domino accepit, & reliqui Apostoli acceperunt: quas omnes explicuisse non erat necessarium; sicuti Eucharistiæ traditionem explicauit. Hanc ob causam traditio de Paschate celebrando

dubio

Alterius rationis dilutio.

Obiectio.

Responsio ad obiectionem.

Postremi argumenti solutio.

Non omnia quæ fecit Iesus, & dixerunt Apostoli scripta sũt.

Instinctu Spiritus sancti traditiones nobis Apostoli reliquerũt.

Multarum rerum traditiones à Domino Apostoli acceperunt.

dubio procul Apostolica erit. Et quamuis in scripturis nihil de huiusmodi celebratione explicitè inuenitur, implicitè tamen inueniri fas est: non enim ambigendum est, quod in memoriam tanti beneficij nobis miseris exhibiti: sicuti est resurrectionis Iesu Christi Filij Dei, Apostoli nihil tradiderint: nec erat necessarium omnia in scriptis mandare. Nam & ordinauit Gallatiæ collectas fieri, illæ tamen ordinationes scriptæ nullibi reperiuntur. Verum vt hæretici sciant, nedum festum Paschatis esse Apostolicæ traditionis, sed illorum etiam dogmatum, rerumque omnium, quæ in obseruatione Ecclesiæ per successionem fidelium remanserunt: aliquas Apostolorum auctoritates subiungemus; Pauli scilicet Apostoli, Ioannis, & Lucæ Euangelistarum. primi in suis Epistolis, secundi in sua Canonica: tertij in actibus. Subnectemus quoque auctoritates Sanctorum Ecclesiæ Doctorum, eorum præsertim qui Apostolorum dicuntur fuisse discipuli: quæ certos reddent fideles Ecclesiam ex Apostolorum traditione pleraq; recepisse; quæ in Canonicis non reperiuntur scripturis, sed per successionem fidelium in vsu Ecclesiæ (vt dicit D. Thomas) remanserunt.

Non erat necesse Apostolos omnia in scriptis mandare.

De Traditionibus Apostolicis. Cap. XXIX.



RATIAM, & gloriam dabit Dominus, his qui recto sunt corde: qui Ecclesiæ præceptis obedire non recusant, humilibus, & mansuetis: non autem superbis hæreticis; qui antiquos Ecclesiæ vsus repudiare, ac abdicare non dubitant. Sed vt sciant, se toto aberrare cœlo, aliquas Apostolorum adducemus auctoritates: ex quibus elici poterit multas Ecclesiæ Apostolos reliquisse traditiones; quas alibi scriptas nullus reperiet. Quod cum ita sit, cur non erit etiam de Paschate Apostolica traditio? imo si de alijs rebus (dicit hæreticus) sit Apostolica traditio: multo magis dicimus nos de sancto Paschate Apostolicam esse traditionem; cum ex Iesu Christi Domini Nostri resurrectione certi redditi sumus, dirutas esse portas inferni, contritum serpentis caput: ligatam Diaboli potestatem, apertam cœli portam; nos tandem non amplius morituros: sed mortem cum vita fælicius commutaturos. In primis igitur se offert Lucæ auctoritas Actuum 15. vbi scribit de Paulo, quod perambulabat Syriam, & Ciliciam, confirmans Ecclesias, præcipiens custodire præcepta Apostolorum, & Seniorum, & 16. de eodem & de Timotheo scribit, quod cum pertransirent Ciuitates: tradebant eis custodire dogmata, quæ erant decreta ab Apostolis, & senioribus, qui erant Hierosolymis: quæ tamen fuerunt ista seniorum præcepta, quæ dogmata; quæ decreta,

Quibus dat gratiã Deus.

Si de alijs rebus est Apostolica traditio, multo magis de sancto Paschate.

Testimonium Lucæ in actibus, de traditionibus.

Ioan. Euangelistæ testimonium de traditionibus.

creta, alicubi scripta non cernuntur. Ioannes quoque Euãgelista, qui à Domino singulari præ cæteris diligebatur affectu, quique supra pectus eius in cena recumbens, multa diuinorũ arcana habere meruit: ita epistola tertia ad Gaium scripsit. Multa habui tibi scribere, sed nolui per atramentum, & calamum scribere tibi: spero autem protinus te videre; & os ad os loquemur: nihilominus quis scripta vidit, quæ os ad os loquutus est Christi discipulus? Et Paulus Apostolus prædicator veritatis, & doctor gentium primæ ad Corint. 11. sic inquit. Laudo vos fratres quod per omnia mei memores estis, & sicut tradidi vobis, præcepta mea tenetis. Et inferius, cetera cum venero, disponam. Sed nec omnia Apostolus in scriptis tradidit, nec tales scriptæ reperiuntur dispositiones. Et secundæ ad Thessal. 2. cap. meminit traditionum dicens. Itaque fratres state, & tenete traditiones quas didicistis, siue per sermonem (hoc est ore prolatum) siue per Epistolam (idest vobis transmissam) Et primæ ad Thessal. 4. Scitis enim quæ præcepta dederim vobis: notent hæretici, præcepta quæ dederim vobis, & tenete traditiones quas didicistis, siue per sermonem, siue per Epistolam. Similia cernuntur ad Philippens. 4. secundæ ad Thesal. 4. secundæ ad Timotheum 2. secundæ ad Galat. 1. & alibi. Quis igitur tam mentis inops est, vt non videat multa Ecclesiam obseruare, quæ scripta non reperiuntur: sed ex Apostolorum traditionibus, per successionem fidelium, in obseruatione Ecclesiæ remansisse? hæc quoque confirmantur eorum dictis, qui Apostolorum dicuntur fuisse discipuli. Ignatius Martir inclytus, & Ioannis Euangelistæ discipulus, edocebat Ecclesiæ populos, quod diligentius, & tenacius Apostolorum traditiones acceptarent, obseruarentq; quas cautelæ gratia Apostolos tradidisse, scribit. Imo ne quid apud posteros incerti remaneret: scriptas relictas asserit. Vide Ecclesiasticæ historiæ librum tertium, & de traditionibus lib. 3. c. 6. & 11. Dionysius Areopagita Pauli Apostoli discipulus cap. 1. de Ecclesiastica Hierarchia ita de traditionibus Apostolicis scribit. Non scriptas doctrinas, seu leges Apostoli tradiderunt: quas oportet suscipere. Hirenæus Policarpi discipulus qui & ipse fuit Ioannis discipulus lib. 3. contra hæreses cap. 4. ita scribit. Tantæ igitur ostensiones cum sint hæc, non oportet adhuc quærere apud alios veritatem, quam facile est ab Ecclesia sumere: inquam Apostoli quasi in depositorium diues, planissimæ contulerunt omnia, quæ sunt veritatis: vt omnis quicunque velit, sumat ex ea potum vitæ, hæc est enim vitæ introitus: omnes autem reliqui fures sunt, & latrones; propter quod oportet deuitare quidem illos. Quæ autem sunt Ecclesiæ, cum magna diligentia diligere, & apprehendere veritatis traditionẽ. Quid enim, si quando de aliqua modica quæstione disceptatio esset, num

Pauli Apostoli testimoniũ de traditionibus.

Multa Ecclesia obseruat ex traditionibus.

Ignatij Martyris testimoniũ de traditionibus.

Traditiones Apostolicas scriptas relictas asserit Ignatius.

Testimoniũ Dionysij Areopagitæ.

Irenæus Polycarpi, discipulus, quid de traditionibus scribit.

oporteret

oporteret in antiquissimas recurrere Ecclesias, in quibus Apostoli conuersati sunt: & ab eis de presenti questione sumere, quod certum, & rei liquidum est? quid autem, si neque Apostoli quidem scripturas reliquissent nobis, nonne oportebat ordinem sequi traditionis, quem tradiderunt his, quibus committebat Ecclesias? perpendant hæretici sanctissima hæc verba, perpendant & græci: & intelligent, si in Paschatis celebratione ab obseruantia Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, cui traditiones Apostolorum relictæ sunt; discedant; quomodo prorsus hallucinantur. Nonne Polycarpus dilecti Ioannis discipulus, ob quosdam de die Paschæ dissentiones, Romam venit tempore Anacleti Papæ? Sed cur potius Romam, quam non Antiochiam, Alexandriam, Hierosolymam? innuere certè voluit, quod ad Romanum Pontificem pertinebat negotium hoc declarare, determinareque: atque vt in posterum secundum eius iussa obseruaretur. Cum igitur Romanus Pontifex præceperit suo tempore Pascha celebrari, cur ab insensatis hominibus non congruo tempore, sed alio, iuxta obstinatam eorum voluntatem contra Romani Pontificis præcepta, contra Vniuersalis Ecclesiæ consuetudinem, contra Sanctorum decreta Patrum: quinnimo contra Apostolorum intentionem, traditionesq; celebratur? quis non videt huius Sancti diei obseruationem, esse ex traditione Apostolica, qua propter veniens Romam Polycarpus, qui fuit & ipse Martyr Christi, & (vt dictum est) Ioannis Euãgelistæ discipulus: vbi multos à Marcionis, & Valentini erroribus ad rectam fidem reuocans: illam solam prædicauit tenendam esse veritatem, quam ipse sciret se ab Apostolis suscepisse. Verum quid alij sancti scriptores sentiunt: videamus. Epiphanius, & si multis in locis crebro citet Apostolorum traditiones, constitutionesq. in lucem proditas: libro tamen Panarij tertio tres Apostolorum Canones citat. Primum quod ad nostrum pertinet institutum, de Paschate non celebrando quartadecima Luna, secundum ne die dominico ieiunetur: tertium ne Sacerdotes barbam resecent. Vnde de traditionibus contra Apostolicorũ hæresim pagina 243. hæc affert verba. Oportet etiam traditione vti, non enim à Diuina scriptura omnia accipi possunt, quapropter aliqua in scripturis, aliqua in traditione Sancti Apostoli tradiderunt: quemadmodum dicit Sanctus Apostolus; sicut tradidi vobis. & alibi: sic doceo, sic tradidi in Ecclesijs. Magnus Basilius Monachorum orientalium pater in libro de Spiritu sancto, cap. 27. sic dicit Dogmata, quæ in Ecclesia obseruantur, ac prædicãtur: partim ex conscripta doctrina habemus, partim ex Apostolorum traditione ad nos delata, in ministerio recepimus: quæ vtraque eandem ad pietatem vim habent; & nemo his contradicit, qui vel modicam saltem Ecclesiasticorum virium experientiam habet. idem

Polycarpus Martir D. Io. discipulus Romã venit ob Paschę discussionem.

Polycarpus illã veritatẽ tenendã prædicauit: quã ipse sciebat recepisse ab Apostolis.

Epiphanius tres Apostolorum Canones citat.

Magnus Basilius quid de traditionibus sentit.

Origenis testimonium de traditionibus

cap. 19. dicit. Origenes quoque antiquissimus scriptor, libro primo Periarchon, hæc de traditionibus promit. Sicut multis apud græcos & barbaros pollicentibus veritatem, desueuimus apud omnes quærere, qui eam falsis opinionibus asserebant: postea quam credimus Filium Dei esse Christum; & ab ipso hanc discendam esse persuasimus: Ita cum multi sint, qui se putant sentire, quæ Christi sunt, & nonnulli eorum diuersa à prioribus sentiant: seruetur Ecclesiæ prædicatio per successionis ordinem ab Apostolis tradita, & vsque ad præsens in Ecclesijs permanens: illa sola credenda est veritas; quæ in nulla ab Ecclesiastica discordat traditione. Chrisostomus quoque

D. Chrysostomi sententia de traditionibus.

super cap. 2. Secundæ Epistolæ ad Thessal. asserit Apostolos non omnia per Epistolas tradidisse: sed multa quoque sine literis, eadem vero fide digna esse, tam illa quam ista.. itaque (inquit) traditionem quoque Ecclesiæ: fide dignam putamus. Idem etiam Ioannes Da-

Io. Damasceni & Theophilacti placitum de traditionibus.

mascenus plerisque in locis scribit: præsertim lib. 4. cap. 8. plura tradita ab Apostolis non scripto, sed verbo: quæ tamen obseruanda sunt. Theophilatus in 2. cap. 1. ad Corint. eandem protulit sententiam dicens. Sicut tradidi vobis, præcepta mea tenete, liquet ex his cum Paulum, tum Apostolos reliquos haud quaquam omnia in

Decret. sententia de traditionibus.

literis mandasse præcepta: quæ populis tradidissent. In decreti insuper distint. 2. cap. Ecclesiast. hæc habentur verba, sumpta ex Augustino: quæ etiam ex Basilij dictis deprompta videntur. Ecclesiasticarum institutionum quasdam inscriptis, quasdã vero Apostolica traditione per successores in ministerio confirmatas, accepimus: quas-

D. Aug. quid de traditionibus ad Ianuarium scribit.

dam vero consuetudine roboratas approbauit vsus. Verum Aug. expressè de traditionibus loquens ad Ianuarium Epistola 118. cap. 1. ita scribit. illa quæ non scripta, sed tradita custodimus, quæ quidem toto orbe terrarum obseruantur: datur intelligi vel ab ipsis Apostolis, vel plenarijs concilijs, quorum est in Ecclesia saluberrima auctoritas commendata atque statuta: retineri. Hieronymus etiã su-

D. Hieron. de traditionibus

per cap. 10. Ecclesiast. ita loquitur, Cesus maceriæq. euulsio, Ecclesiastica sunt dogmata, & institutio ab Apostolis, prophetisq. data, quæ qui dissoluerit, & voluerit præterire: in eo ipso, quod negligit: à serpente percutitur. Ex quibus omnibus clarè liquet illa, quæ Ecclesia obseruat: quamuis scripta non reperiantur, esse per successionem fidelium in ea remansa per Apostolorum traditionem. Sed si

Aurea D. Hieron sententia de sancti Paschatis traditione.

hæreticus voluerit præcise scire de sancto Paschate mentionem (etsi hoc non sit necessarium) est tamen eiusdem Sanctissimi Doctoris auctoritas in cap. 25. Matthæi: vbi hæc sancta scribit verba. Reor Apostolicam traditionem remansisse, vt in die vigiliarum Paschæ, ante noctis dimidium populos dimittere non liceat: expectantes Aduentum Christi. igitur si Apostolica iuxta Hieronymũ traditio erit,

ne po-

ne populus in die vigiliarum Paschæ dimitteretur, donec adesset Aduentus Christi: multo magis Apostolica erit traditio; vt Pascha sanctum die Dominico celebraretur: nam illa verba expectãtes Aduentum Christi, innuunt quod diem Dominicum expectabant: diem certè, quo à mortuis Christus resurrexit. Itaque non liberam legẽ tradiderunt Apostoli de Paschate celebrando (vt Retur Brentius) sed necessariam, si enim necessariam non reliquissent, sed liberam non dixisset Hieronymus populos in die vigiliarum Paschę non licere dimittere, sed populos vtique non coegissent: vel saltem dimisissent, ne expectarent in die vigiliarum Paschæ Sanctum Christi Aduentum. Sed quando huius sancti diei traditio non esset Apostolica, non vident hæretici quod vniuersalis Ecclesiæ consuetudo, non parua existimatur auctoritas? vt habet etiam Augustinus pro præcibus mortuorũ lib. de cura pro mortuis agenda, vbi determinat dies Apostolicæ institutionis accipiendos esse, & tunc non reijciendos: quos sanxerunt sequaces eorum, sed tertio gradu auctoritatis colendos. quare in Epistola 86. ad Casulanum presbyterum, de contemptoribus Ecclesiasticarum sanctionum sic scribit. In his rebus de quibus nil certi statuit diuina scriptura, mos populi Dei, & instituta maiorum pro lege tenenda sunt, & sicut præuaricatores diuinarum legum, ita contemptores Ecclesiasticarum consuetudinum coercendi sunt. Cæterum, qui à communi obseruatione Sãctæ Romanæ, & Vniuersalis Ecclesiæ consuetudine discrepant, aduertant quid Epiphanius illustris auctor scribit hæresi 70. tam scilicet esse graue in hac obseruatione diei Paschatis à more cæterorum orbis Ecclesiarum alios discrepare: vt non dubitauerit in album hæreticorum eos referre; qui Luna quartadecima Pascha celebrasset: quos profectò quartadecumanos vocat. Igitur die Dominico celebrandum est sanctum Pascha. Quod si xiiij. Luna die dominico accideret: in sequenti Dominica celebrandum esse, nemo sit, qui dubitat. contrarium vero facientes, vel hæretici, vel saltem scismatici, vt potè, qui ab vniuersali Ecclesiæ vnitate, atque pace discedere conantur: censendi sunt. Clarum enim est illud, quod scribitur Lucæ 2. cap. Qui non est mecum, contra me est: Qui non colligit mecum, dispergit. Res quoque adeo clarè sunt: vt alia non indigeant illustratione: caueant igitur ne animas simul cum corporibus perdant. Si vero quis quæreret, dogmata quæ scripta minimè reperiuntur, sed in obseruatione Ecclesiæ per fidelium successionem remanserunt, sunt ne ab Apostolis tradita, tanquam ab ipsis immediatè, an ex Domini præcepto? reruur quod si non omnia: multa saltem fuisse, quæ à Domino Apostoli docti fuere; quæ tamen scripta non reperiuntur: sed in vsu Ecclesiæ remanserunt. Huic sententiæ fauet illud, quod scribi-

Necessariã reliquerunt Apostoli legem de sancto Paschate, non liberam.

Vniuersalis Ecclesiæ consuetudo non modica iudicatur auctoritas.

D. Aug. de cõtemptorib. Ecclesiasticarũ sãctionũ quid sentit.

Epiphan. in album hæreticorũ reijcit eos, qui in Paschatis celebratione recedunt à cõmuni obseruatione Ecclesiæ.

Die Dominico, non xiiij. Luna celebrãdum est sãctũ Pascha.

Quæstio.

Responsio.

Multarum rerum traditiones à Domino Apostoli

accepetunt: quas & reliquerũt nobis

scribitur actuum primò. Quibus (hoc est Apostolis, & discipulis suis) & præbuit seipsum viuum post passionem suam, in multis argumentis per dies quadraginta apparens eis: & loquens de regno Dei. Supra ly de Regno Dei, Doctorum glossæ sunt: hoc est de gubernatione Ecclesiæ. Sed nec ista omnia scripta reperiuntur, neque illa, quæ dicebat adhuc viuus, antequam pateretur non posse portare modo, sed postea. Si alius quoque quæreret, sunt ne Apostolicæ traditionis reliqua festa? absque dubio respondendum est, esse Apostolicæ traditionis; nam superius explicauimus in scripturis mentionem fieri de die Dominico, de Pentecoste: & de Paschate: similiter de Ascensione Domini; & si de ipsis mentio minimè fieret: etiam Apostolicæ essent institutionis. Vnde Augustinus ad Bonifaciũ inquit. dies festi sacramenta sunt illarum rerum quæ simili die gestæ sunt, sed memento etiam illorum quæ scripsit ad Ianuarium cap. 1. Epistola prima, quæ & nos citauimus: ex quibus apertè docemur etiam festos dies Apostolicæ esse institutionis. Sed festorum meminerunt Sancti Doctores: Quos vide si placet. Origenis testimonium solũ afferemus, & Diui Hieronymi: quorum primus de diebus festis agens, contra Celsum sic ait: dies festos Dominicos Parasceues, & Pentecostes, vnusquisque fidelis celebrat. Secundus in Epistola ad Galatas cap. 4. Nos quartam Sabbathi obseruamus, & Parasceuen, & diem Dominicum, & Paschæ festiuitatem: & Pentecostes. Vnde eodem loco super illud, dies obseruatis, menses, & annos, &c. inquit, non enim nos azimorum Pascha celebramus. Sed resurrectionis, & Crucis. Ex quibus sanè verbis duo elicimus, primum quod ista festa, quæ ab Ecclesia obseruantur, ex traditione Apostolica oriri nulli dubium erit: contra hæreticos, qui Christi, & Sanctissimæ Matris eius festa sanctorumq; omnium negantes, Diaboli festa, suorumq; hæreticorum facta, & mortes celebrare non verentur: cõtra Erasmum Rothedoramum inquientem, quod nullus veterum (quantum meminit) facit vllam festi mentionem, & quod tempore Pauli festos dies nesciebat Ecclesia: vnde & toto nixus est conatu festorum dies euertere; adeo quod festa etiam pijssimæ Virginis Matris Dei, quæ assidue pro nostra omniumq; salute filium deprecatur: repudiare non dubitauerit. Sed mentitur in caput suum. legat scripturas, legat & veteres scriptores: seque prorsus mendacem reperiet. Verum ne lingua, & scriptis amplius in veritatem impetant hæretici, sciant festorum sanctificationem mysterijs plenam esse: atque ad illa sanctificanda rationabiliter inducimur. Missum faciemus quomodo præfigurata sunt in veteri lege: nam & enarrauimus. prætermittemus quoque auctoritates: nam aliquas, quæ intento sufficiunt, adduximus. solum dicemus, quod si diem custodimus Domini-

Quæstio.
Responsio.

Iuxta D. Aug. quid sint dies festi.

Origenis, & D. Hier. testimonia defe. ßis.

Erasmus debacchatur cõtra festa Dei, B. Virginis, & sanctorum.

minicum: consulto efficimus. in illo namque mundus conditus est, in illo finietur. in illo creati sunt supernarum mentium Beati exercitus, in illo boni glorificati, mali expulsi, illo quoque die data sunt præcepta filijs Israel: illo incarnatus est Christus: illo sanctorum Patrum animas è limbo eduxit, illo resurrexit, illo missus est Spiritus Sanctus: illo denique erit mortuorum resurrectio, iudicium vniuersale, bonorum retributio, malorum pœna. Cur igitur Sanctus hic dies, tot tantisq. mysterijs plenus, haud custodiendus est? Reliqua itidem festa ob gratitudinem obseruanda sunt: Beneficiorum enim memoria senescere non debet (inquit Seneca in libro de beneficijs) Magna quidem sunt beneficia nobis præstita, Natiuitate, passione, resurrectione, ascensione Iesu Christi filij Dei: missione Sancti Spiritus, & cæteris huiusmodi. Sic quoque Sanctissimæ Virginis Matris Dei festis, cum inter Deum & hominem mediatrix ipsa fuerit: & per eam Cœli porta, patefacta; sicuti per Euam clausa. Addimus, cum apud Sanctam Trinitatem nostra præcipua sit pijssima aduocata. Ita quoque aliorum Sanctorum festa obseruanda sunt: quoniam aduocati nostri existunt. quamuis & duabus alijs mouemur rationibus, vt ipsorum festa recolamus. prima est imitationis, quandoquidem dum eorum festa Sanctificamus, acta gestaq. eorum recolentes suis mouemur exemplis: vt Deum, & proximum diligentes, mundum: carnem Diabolum feliciter superare valeamus. Altera est, vt aliquorum Græcorum eliminaretur error dicentium, Sanctorum animas ante Iudicij diem cœlorum sedes conscendere minimè posse. Hanc ob causam Mater Ecclesia, vt sciatur tales mentiri: Sanctorum suffragia poscit, dies eorum festos toto orbe terrarum custodiendos statuit: eos in cœlis sic prædicat. Gaudent in cœlis animæ sanctorum, &c. hæc pauca voluimus dixisse, quo hæreticorum temeritas negantium Dei. Suæque Matris, ac Sanctorum omnium festa celebranda, reprimatur. Secundum quod ex illis Apostoli verbis elicimus: (quod erit etiam, præter adductam secundæ rationis Brentij solutio) est. quod negans Brentius Paschæ celebritatem ex Apostolica esse traditione, ac illis Pauli Apostoli verbis, confirmans suam opinionem: non videt potius fauere veritati, atque contra ipsum militare? nam contra vanas Iudæorum, gentiumq. obseruationes ibidem inuehitur: non in illas, quæ ab ipsimet Apostolis nobis perpetuo colendas relicta sunt. Itaque huiusmodi auctoritas contra Brentium facilè reflecti potest. Festorum dogmata si plenius videre desideras, extant doctissimum hominum doctissime disputationes: quas vide, si placet.

Diei Dominici dignitas.

Festa Sãctorum ob gratitudinẽ seruanda.

Seneca.

Mater Dei aduocata nostra, & sãcti apud Deum aduocati.

Sanctorũ Festa recolimus vt eorũ facta imitemur.

Cur Ecclesia statuit, sacrum festa celebranda.

Solutio secũdæ rationis superioris Brentij.

Quo-

Quomodo inueniendum sit Sanctum Pascha. *Cap. XXX.*

DIXIMVS de sancto Paschate quando celebrandum, quod sit ex Apostolica traditione, vt eodem die, & tempore ab omnibus celebretur: nunc, qua via inuestigandum est; dicendum remanet. Et quamuis ex superioribus id iam sit manifestum, nihilosecius negotium illustrius trademus. Ante omnia igitur animaduertere debemus, nunquam Pascha sanctum celebrandum esse ante æquinoctium vernum. Extat enim Canon Apostolorum iuxta veterem editionē octauus: hæc dicens verba. Si quis Episcopus, aut Presbiter, aut Diaconus Sanctum Paschæ diem ante vernum æquinoctium cum Iudæis celebrauerit, deponitur. Seu in Canonibus Apostolorum per Sanctum Clementem à Petro Apostolo Romæ Episcopum ordinatum, in vnum congestis Gregorio Haloandro, seu Gentiano Herueto interpretibus: in Latinam linguam, è Græca versis; extat Canon, qui in ordine est septimus: hæc promens verba. Si quis Episcopus, aut Præsbyter, aut Diaconus sanctæ Paschæ diem, ante vernale æquinoctium cum Iudæis celebrauerit: abijciatur. Ex quibus sanè elicimus Sāctum Pascha nunquam ante vernum æquinoctium, sed post celebrandum esse; nunquam xiiij Luna cum Iudæis: sed die quo Christus Saluator noster à mortuis resurrexit, die scilicet illucescente dominico: & quamuis in Canone non explicatur, sub intelligitur tamen ex dictis scilicet, ne cum Iudæis. Iudæi enim xiiij. Luna suum legitimum Pascha celebrant. At si quis diceret, si Iudæi celebrarent Sanctum Pascha xiiij. Luna post æquinoctium vernum, possemus, & nos tunc celebrare? respondendum est, possemus vtique: sed non quartadecima luna, sed vel xv. vel xvi. vel xvij. die, s. Dominico, quod si tali die xiiij. luna accideret: vsque ad sequentē Dominicam talis celebratio proroganda erit. His sic suppositis facilè inuenietur sanctum Pascha: considerando diem æquinoctij verni, deinde xiiij. Lunā, qua inuenta die Dominico post eam, celebrādum erit sanctum Pascha. Quod si illo die contigerit xiiij. Luna: sequenti Dominica (vt toties dictum est) celebrare minime dubitabis. Hæc à beato Ambrosio in epistola 83. ad episcopos Aemilia constitutos, confirmantur, ab Augustino in epistola 118. ad Ianuarium, à Beda inde ratione temporum cap. 57. à centum viris illustribus. Est & alius modus inueniendi sanctum Pascha, nempe ex Cyclo Paschali magno, ex annis 532. constante: quemadmodum docuerunt Dionysius, Victorius, & Prosper Aquitanus (& si alij dicant, huius Cycli auctorem Theophilum Alexandrinum Patriarcham extitisse, Theodosij

Sanctum Pascha nunquā celebrandum ante æquinoctium vernū.

Iudæi quādo Pascha suum celebrant.

Dubitatio.

Dubitationis solutio.

Primus modus inueniēdi diem Sancti Paschatis.

Secūdus modus reperiendi diem Paschę.

Theodosij Imperatoris semper Augusti suasu. Vel Cyclo Cyrilli ex annis 95. constante. Sed circa huiusmodi Cyclos opinionum non modica fuit. Aquitani enim, Scoti, & alij; Victorij Cyclum sumpserunt. Vnde factum est, vt ab obseruatione sanctæ Romanæ Ecclesiæ recesserint. Sed ab Honorio huius nominis primo reprehensi fuerunt, & Ioannis IIII. atque Gregorij III. Romanorum Pontificum suasu, & præcepto, ad Romanam redierunt obseruantiam. Beda postmodum abno Domini 725. Victorij computum reijciens Dionysij supputationem approbauit. Verum ob anni correctionē omnes Cycli emendatione indigent. Est & alius modus, nempe inspiciendo nouilunium Februarij, quo die hebdomadæ occurret: si die Martis, vel alio. Quod si die Martis acciderit, vel ante mediam noctem, vel post: si ante, sequens dies erit dies cinerum; si post, expectato alterum diem Mercurij sequentis Hebdomadæ: illo enim celebrabitur dies Cinerum; ac ab illo numerando 47. dies, statim tibi occurret sanctum Pascha. Quod si alio die, puta vel Lunæ, vel Dominico, &c. acciderit nouilunium: sequens dies Mercurij eiusdem hebdomadæ erit dies Cinerum: si vero die Mercurij; tunc expectandus est dies Mercurij sequentis Hebdomadæ: ille enim erit dies Cinerum. Verum hic modus ante Gregorianam recognitionem, sæpe in vsu erat: post correctionem vero ob decem dierum subtractionem non est tam constans: cum non veros, sed medios, Lunæ motus Ecclesia obseruet: ac sæpe solam Cyclorum rationem; de qua re consule Calendarium Gregorianum, & librum de ratione noua restituendi Romani Calendarij. Plerique Astrologorum, Paschatis festum sumi debere docent proxima Dominica post oppositionem, quæ æquinoctium vernum sequitur. Sed si oppositio vera in diem sabbati post medium noctis inciderit, cum tunc dies sit Dominicus; Pascha vsque in sequentem Dominicam per octo dies prorogandum erit. Sunt & alij modi fere multi pro sancto Paschate indagando; quibus computistæ vtuntur, quos vide, si placet: non enim omnia hic afferre conuenit. Ommissis igitur quibuscumque disceptationibus, modum quo Ecclesia vtitur, obseruabimus. Nec in hisce supputationibus veri Lunæ motus, sed medij considerandi sunt, & (vt sæpe repetitum est) sola Cyclorum ratio. Pro indagando igitur sancto Paschate tabulam subijcimus, qua sancta mater Ecclesia vtitur, & vsa est. Qua mediante non solum Pascha, sed & reliqua mobilia festa inueniri poterunt. Modus vero inueniendi ita se habet. Habeas aureum numerum, & literam Dominicalem illius anni, cuius Pascha, & reliqua mobilia festa scire desideras. Quibus habitis, perquirito aureum numerum sub area sui tituli in tabula festorum mobilium. Quo reperto sume literam Dominicalem sub

Aquitani, & Scoti, in celebratione Paschæ recesserũt ab obseruatione S.R.E.

Tertius modus indagandi Sanctum Pascha.

Modus tertius indagandi Sanctũ Pascha non est constans.

Aliquorum Astrologorũ opinio de celebratione Paschatis.

Vltimus modus pro indagando Sãcto Paschate.

eo contentam, non supra. Hæc è regione festa omnia mobilia tibi innuet septuagesimam scilicet, diem cinerum, sanctum Pascha Ascensionem Domini, festum Pentecostes, Corpus Christi: & Aduentum Domini. Si vero annus ille fuerit intercalaris, prior, litera, vsque ad Festum Sancti Matthiæ tibi deseruiet, quæ & illa festa Mobilia innuet, quæ vsque ad festum illud occurrent: posterior, quæ pro reliqua parte anni erit: cætera festa te docebit. Sed duobus exemplis res illustrior fiat. Desideramus scire anno 1590. quo tempore dies cinerum: & sanctum Pascha incident? quærere oportet aureum numerum anni illius, & literam Dominicalem. Hanc inuenimus. G. illum verò 14. perquiro in area tabulæ sub titulo aurei numeri, aureum numerum 14. deinde subtus perquiro literam G. Hæc è regione mihi ostendit septuagesimam euenire die 18. Februarij dies cinerum 7. Martis, sanctum pascha 22. Aprilis Ascensionem Domini 31. Maij: festum Pentecostes 10. Iunij: Corpus Christi 21. Iunij: Domini Aduentum 2. die Decembris. Similiter cupimus festa mobilia 1596. Scire: qui cum sit intercalaris: geminas habet literas; priorem quidem. G. posteriorem. F. Aureus numerus illius anni est. 1. Quæro aureum numerum in Area tabulæ, & subtus priorem literam, quæ est G. inuenio Septuagesimæ diem fore 11. Februarij, diem cinerum 28. eiusdem mensis. Sed cum vsque ad Festum Sancti Matthiæ deseruiat, & vnus addatur dies supra 28. Februarij ob intercalarem annum: summo reliquam quæ est. F. Quæ & pro toto anno erit in vsu: Et è regione mihi ostendit sanctum Pascha 14. Aprilis, Ascensionem Domini. 23. Maij. Pentecosten. 2. Iunij: Corpus Christi 13. Iunij: Aduentum Domini primo Decembris. Omnia clara sunt. Verum si alium cuperes modum inueniendi festa mobilia, clauium tabulam addidimus, cuius vsus est penè sicuti primus. Habeas tui anni aureum numerum, quære illum in ptima area Tabulæ clauium: quo habito, quære literam Dominicalem eiusdem anni: deinde perspice, quis clauium numerus aureo numero prius inuento correspondeat: illum postmodum quære in prima tabulæ festorum mobilium area, & è regione tibi ostendet festa omnia. Si annus fuerit intercalaris vtere prima litera vsque ad festum Sancti Matthiæ, secunda vero per totum annum: modo quidem supra exposito. Res exemplis indiget, eadem prorsus quæ supra attulimus, adducemus. Scire desidero Festa Mobilia anni 1590. aureus numerus illius anni est (vt diximus) 14. quæro hunc in tabula clauium sub litera eiusdem anni, quæ est G. & è regione ostendit numerum clauium 32. Hunc in tabula festorum mobilium perquiro. Qui è regione innuit Septuagesimam 18. Februarij: diē Cinerum 7. Martij: sanctum Pascha 22. Aprilis, & reliqua festa eodem

Exēpla pro indagādo Sācto Paschate.


Festa Mobilia anni 1590

Festa Mobilia 1596.

Alius modus inueniēdi Festa Mobilia.

Secundum exemplum.

eodem penitus modo, quo supra. Similiter festa mobilia anni 1596. scire desidero. Hic cum sit intercalaris, duplicem possidet literam: nempe G. & F. Quæro deinde aureum numerum eiusdem anni, & inuenio 1. quem iterum reperio in tabula clauium sub litera prima, G. quæ (vt toties dictum est) vsque ad festum Sancti Matthiæ deseruiet. Et ostendit numerum clauium esse 25. Hunc tandem in prima tabulæ area festorum mobilium perquiro: & è regione mihi ostendit septuagesimam fore 11. Februarij, diem Cinerum 28. eiusdem mensis. Deinde cũ annus sit intercalaris, summo posteriorem literam anni, quæ est F: & video sub illa numerum clauium 24. Hunc denuo in tabula Festorum mobilium sub area sui tituli perquiro, & è regione mihi ostendit sanctum Pascha 14. Aprilis accidere, & reliqua mobilia festa, modo prorsus, vt supra ostenso. In cæteris igitur hic semper seruandus est modus. Nunc verò ambas subijcimus tabulas, alteram clauium ad festa mobilia indaganda: alteram verò ipsa mobilia festa continentem. prima tabula octo areis constari perspicitur cum literarum dominicalium inscriptione: Secunda decem; clauium scilicet, aurei numeri, literarum dominicalium; septuagesimæ: diei cinerum: sancti paschatis: Ascensionis Domini: festi Pentecostes: Corporis Christi, & Aduentus Domini.



TABVLA CLAVIVM AD FESTA MOBILIA INDAGANDA.

Aur. numerus.	A	B	C	D	E	F	G	Litt. domi nic.
1	26	27	28	29	23	24	25	
2	12	13	14	15	16	17	18	
3	5	6	7	1	2	3	4	
4	26	20	21	22	23	24	25	
5	12	13	14	15	9	10	11	
6	33	34	28	29	30	31	32	
7	19	20	21	22	23	17	18	
8	12	6	7	8	9	10	11	
9	26	27	28	29	30	31	25	
10	19	20	14	15	16	17	18	
11	5	6	7	8	9	3	4	
12	26	27	28	22	23	24	25	
13	12	13	14	15	16	17	18	
14	33	34	35	29	30	31	32	
15	19	20	21	22	23	24	25	
16	12	13	14	8	9	10	11	
17	33	27	28	29	30	31	32	
18	19	20	21	22	16	17	18	
19	5	6	7	8	9	10	11	



TABVLA FESTORVM MOBILIVM.

CLAVES.	AVR.NVM.	LIT.DOM.	SEPTVAG.	DIES CIN.	PASCHA.	ASCENS.	PENTEC.	CORP.CHR.	ADV.DOM.
1	3	D	18 IANVARII	4 FEBRVARII	22 MARTII	30 AP.	10 MAII	21 MAII	29 NOV.
2	11	E	19	5	23	1 MAII	11	22	30
3		F	20	6	24	2	12	23	1 DEC.
4	19	G	21	7	25	3	13	24	2
5	8	A	22	8	26	4	14	25	3
6		B	23	9	27	5	15	26	27 NOV.
7	16	C	24	10	28	6	16	27	28
8	5	D	25	11	29	7	17	28	29
9		E	26	12	30	8	18	29	30
10	13	F	27	13	31	9	19	30	1 DEC.
11	2	G	28	14	1 APRILIS	10	20	31	2
12		A	29	15	2	11	21	1 IVNII	3
13	10	B	30	16	3	12	22	2	27 NOV.
14		C	31	17	4	13	23	3	28
15	18	D	1 FEBRVARII	18	5	14	24	4	29
16	7	E	2	19	6	15	25	5	30
17		F	3	20	7	16	26	6	1 DEC.
18	15	G	4	21	8	17	27	7	2
19	4	A	5	22	9	18	28	8	3
20		B	6	23	10	19	29	9	27 NOV.
21	12	C	7	24	11	20	30	10	28
22	1	D	8	25	12	21	31	11	29
23		E	9	26	13	22	1 IVNII	12	30
24	9	F	10	27	14	23	2	13	1 DEC.
25		G	11	28	15	24	3	14	2
26	17	A	12	1 MARTII	16	25	4	15	3
27	6	B	13	2	17	26	5	16	27 NOV.
28		C	14	3	18	27	6	17	28
29	14	D	15	4	19	28	7	18	29
30		E	16	5	20	29	8	19	30
31		F	17	6	21	30	9	20	1 DEC.
32		G	18	7	22	31	10	21	2
33		A	19	8	23	1 IVNII	11	22	3
34		B	20	9	24	2	12	23	27 NOV.
35		C	21	10	25	3	13	24	28

Dubia duo diluenda ex sancti Paschatis celebratione exorta. Cap. XXXI.



DDVCIMVS in præsenti capite dubia duo non contemnenda, quæ ex dictis de celebratione Paschatis exoriri videntur. Primum est, cum sanctũ Pascha celebrandum est post luminarium oppositionem, quæ æquinoctium vernũ sequitur: Si duæ euenirent oppositiones: altera in principio Arietis, altera in fine, post quã oppositionem celebrandũ esset sanctũ Pascha? post primã oppositionẽ, aut post secundã oppositionem? Secũdum dubium est. Pascha sanctũ anni 1598. quando celebrandum, die 22. Martij iuxta clauium, aut 29. eiusdẽ, iuxta Maginũ? Quod si 22. Martij celebrandũ erit. Num Maginus per ignorantiam, seu per imprudentiam peccauerit? Primum dubium adeò necessarium existimamus, vt nisi allatum esset, ac dilueretur, in Paschatis celebratione fideles aliquando Hæsitassent. Quandoquidem ex sanctis Doctoribus, & viris doctissimis nil aliud decerpi potest, nisi quod post Iudæorum Pascha, quod xiiij. Luna celebratur: nostrum sanctum Pascha celebrandum est. Verum quod si euenirent duæ oppositiones altera in principio Arietis, altera in fine, num post primam, vel secundam celebrandum esset, non est tam constans, & manifestum. Et quamuis ita sit, vt quot Doctissimorum hominum legerimus, neminem (quantum meminimus) id dilucidasse inuenerimus: nihilo secius duos præ cæteris reperimus; Caietanum scilicet, virum vndequaque sapientissimum: & Hieronymum ab Holeastro, Doctissimum sanè hominem. Qui ambo in Commentarijs suis super Pentateuchum Moysi ad literam, super 12. caput exodi, dubio satisfacere videntur. Sed Hieronymus non sic clare loquitur, & distinctè, sicuti Caietanus. Qui super illud 12. caput exodi: Dixit quoque Dominus ad Moysen & Aaron in terra Aegypti. Mensis iste vobis principium mensium, primus erit in mensibus anni, hisce verbis textum illum Commentatur, scilicet, de mense lunari est sermo: Et demonstratur lunario illa cuius ad solem in Ariete opposito est prima. Et adiungitur prima pro cautela si euenirent duæ oppositiones lunæ ad solem in Ariete, altera ad solem in principio Arietis, altera ad solem in fine Arietis. Alioquin regulariter, seu communiter loquendo oppositio lunæ ad solem in Ariete constituit Pascha Iudæorum, constituit primum mensem esse mensuram illius lunationis inchoatæ ab initio augmenti illius. Ex quibus Caietani verbis habetur, Pascha celebrari posse in prima luminarium oppositione, si duæ euenirent oppositiones. Cu-

Primũ dubiũ.

Secundum dubium.

Clauij opinio, & Magini sententia de celebratione Paschatis anni 1598.

Caietanus. Hieronymus Holeaster.

ius opinio, quam veritatem habeat, dilucidabimus. Duæ enim sunt viæ ad celebrandum sanctum Pascha. Vel iuxta patrum sententias, vel iuxta vsum Ecclesiæ. Differentiarum harum ordinem videbis in Paulina, vbi Episcopus foro Semproniensis Sancti Paschatis celebritatem per multos supputat annos, sed in geminos distinguit ordines. vnum iuxta sententias patrum, alterum iuxta vsum Ecclesiæ. Iuxta patrum sententias verum dicit Caietanus. Sancti enim Patres, omnes hanc regulam docent infallibilem indagandi sanctum Pascha. Vt in tanti diei solennitate obseruentur xiiij. Luna, & mensis nouorum: Qui est mensis Martij, vbi æquinoctium accidit vernum; post quod obseruanda est xiiij. Luna, in qua Iudæi suum celebrant Pascha; & Dominica prima post xiiij. lunam celebrandum est Pascha nostrum. Itaque Caietanus scripturæ verbis innixus, & (vt reor) dictis patrum super illi exodi auctoritate, fundatis: verum prorsus dicit, & vsui christiano valde conforme. Quandoquidem si sanctum Pascha post xiiij. lunam, quæ Aequinoctium sequitur vernum celebrari docet, igitur post primam Arietis oppositionem (si Dominica tunc acciderit) dies celebrari poterit sanctum Pascha: Nam Dominica prima post Pascha Iudæorum celebrari debet nostrum sanctum Pascha. Iuxta verò vsum Ecclesiæ, nescio si aliquando euenerint duæ oppositiones in Ariete. Quæ si acciderint, videndum est post quam oppositionem Ecclesia tunc sanctum celebrauerit Pascha. Quod si post primam, post primam celebrandum erit: Si post secundam, post secundam. Existimamus tamen quod vel nunquam, vel rarissime duæ accidere possint in Ariete oppositiones. Dixi nunquam, non quia impossibile, si mundus perpetuo duraret. Sed quia insolitum, nec ab aliquo scriptum (quantum recordari possum) vel saltem animaduersum. Vtrum autem in Ariete bis Luna coire possit. Raphael Volaterranus in philologia lib. 35. cap. de Luna versus finem, Lunam semel in quolibet signo coire scribit in Geminis tantum bis: Quod Apogeon soli aduersus habens in Sagittario diutius, in Geminis minimum moretur. Sol autem contra Geminos diebus 32. Sagittarium 28. percurrit. Itaque vir iste in varijs rebus præstantissimus negat Lunam bis coire in Ariete. Sed si aliqua vera scribit, suo tempore forsan, vel alio, vera erant. Nam si doctissimis Mathematicis credimus, anno 1594. duæ erunt Lunæ, in Ariete coitiones, altera 21. Martij, altera 20. Aprilis. Ita quoque esse posset, vt aliquando duæ essent in Ariete oppositiones. Sed hæc à viris Doctissimis videantur, & manifestentur. Quo ad secundum dubium, quærens quando celebrandum erit sanctum Pascha anni 1598. num 22. die Martij iuxta clauium, vel 29. iuxta Maginum? Dicen-

Luna potest ne bis coire in Ariete. Volaterran⁹.

Responsio ad secundum dubium de Paschate anni 1598.


Quo die celebrandū erit. Clauius.

Dicendum est, iuxta sententias patrum prorsus die 22. Martij celebrandum esse: ac ob id rectè loquutum fuisse Clauium: Nam cum Dominica post xiiij. lunam celebrandum sit sanctum Pascha: illo anno 21. Martij xiiij. luna est, & dies Sabbathi: igitur sequens dies, qui est 22. poterit celebrari sanctum Pascha, cum sit dies Dominicus. Maginus verò non per imprudentiam, nec per ignorantiam loquutus est, sed Tabulæ festorum mobilium sequens: Quæ in vsu erat Ecclesiæ, verum dicit, post octo dies prorogandum esse vsque ad sequentem Dominicam. Nam Tabula illa docet, & Nos oculis proprijs vidimus tabulæ illius explicationem: Quod inuento aureo numero illius anni, cuius sanctum Pascha desideratur, quærenda est litera Dominicalis subtus aureum numerum contentam: quæ è regione indicabit festa omnia mobilia: Si verò litera Dominicalis esset è regione illius aurei numeri, sumendam esse eandem literam docet, non quæ è regione aurei numeri est, sed quæ subtus est in octauo loco reposita. Ideoque clauius iuxta sanctorum Patrum sententias, loquutus est, & secundum Canones Calendarij Gregoriani. Maginus verò iuxta vsum tabulæ festorum mobilium, quæ in vsu erat Ecclesiæ.

Maginus.

De concurrente, & Cæreo Paschali. *Cap.* XXXII.

Consuetudo ordinis prędicatorū de cęreo Paschali.



DIGNA semper, & laudabilis consuetudo fuit in ordine prædicatorum à sua prima institutione vsque ad hæc nostra tempora, in benedictione Cærei Paschalis: Vt benedicto affigeretur tabella, quæ annos vel Incarnationis Domini, vel Natiuitatis, annos transitus Beati Dominici annos confirmationis ordinis: Epactam, Indictionem, & concurrentem contineret: & in aliquibus Ecclesijs annos creationis mundi. Sed nescio quo factum est, vt in aliquibus Conuentibus, & etiam Prouintijs, Ordinis Prædicatorum sancta & antiqua huiusmodi consuetudo hodiernis temporibus non obseruetur; Cum plena mysterijs, mysticisq. significationibus vndique florere perspicitur. Nam omittentes Cærei benedictionem, quæ in vniuersa Ecclesia, ex institutione Zozimi, & Theodori primi Papæ, obseruatur: Omittentes vitæ nouitatem, quam significare videntur Cæreus Paschalis: Qui ex noua cera formatus, nouo igne à sole accepto, vel ex Silice nouiter excusso, accenditur: Variasque ommittentes benedictiones, à diuersiis, in diuersis Ecclesijs compositas: scilicet vel à Petro Diacono Monaco Cassinensis, vel ab Augustino, vel à Beato Ambrosio. Quæ iam in Ecclesia Cani, consueuit, Est mysterium de tabula ipsi affixa, de numero annorum, vel

Institutores cęrei Paschalis.

Cæreus Paschalis quid significat.

Cōpositores benedictiorū Cærei Pascalis.

Benedictio Cærei Pascalis, quę in Ecclesia Canitur cuius est?

vel mundi, vel Incarnationis, vel Natiuitatis Christi: de Cyclo Solari; de Epacta, de Indictione, & de concurrentibus. Nam Tabella significat titulum à Pilato in Cruce positum, qui erat. Iesus Nazarenus Rex Iudæorum. In ea inscribitur annus Domini Currens cum anno Incarnationis eius: denotans Christum esse verum annum. Est enim annus antiquus, & magnus, multorum plenus, dierum. Quod Christus sit annus, attende. In anno dierum, & fructuum multitudo ostenditur, in Christo bonorum omnium multitudo fructuum. Annus menses habet duodecim, Christus duodecim habet Apostolos. Annus dies habet multos: Christus suos habet fideles. Annus suas horas, Christus suos Neophitos. Subscribitur etiam annus creationis mundi: vt sciatur, ipsum esse mundi principium, & finem iuxta illud, Ego sum Alpha, & Omega. scribitur Indictio, Cyclus Solis, & Epacta, ad significandum, quod hominum actiones: & temporum successiones, per Dei dispositionem ordinantur. Scribuntur concurrentes, vt sciamus horas, dies, mēses, & annos nostros ad interitum concurrere: Et hoc vt vigilemus iuxta illud. Vigilate quia nescitis diem, neque horam. Vel significabit quod omnes ad bona opera concurrere debemus, & ad illam cœlestem gloriam consequendam iuxta illud; festinemus ingredi illam requiem, &c. Et in ordine prædicatorum inscribitur numerus annorum transitus Beati Dominici Patris nostri: vt memores tanti institutoris, exempla eius incessanter imitantes, gloriæ suæ participes fieri mereamur. Verum cum in aliquibus Conuentibus ordinis, & etiam Prouintijs, sanctam huiusmodi ceremoniam derelictam penitus videmus: Idque ob talium numerorum inscitiam; dignum esse duximus omnia hic sigillatim inserere: Vt omnis tollatur excusatio: Et Deus glorificetur in sanctis suis sacra hac obseruatione. Sed in primis dicendum est quid sit concurrens. Nam de Solis Cyclo, de Epacta, de Indictione, superius satis. Concurrens igitur iuxta computistas est super excrescentia vnius diei, super quinquaginta duas septimanas anni Solaris, vel plurium ob annum intercalarem. In hoc enim duo superexcrescunt dies, in illo vnus. Dicuntur concurrentes, vel quia sibi inuicem concurrerunt, vel cum regularibus: Vt habeatur initialis feria mensium singulis annis. Et cum feriarū numerus sit septuplex inclusiuè; numerus cōcurrentiū non excedet septenariū. Itaq; quando septimus erit numerus cōcurrentiū, eo anno mensiū, initia, eadem prorsus erunt, quæ in primo anno mundi fuerunt. Verū quia concurrentiū natura ea est; vt ex Cycli quoque Solaris ratione desumi videtur, iam ostendemus, qua via indagandi sunt concurrentes; Num ex Solari Cyclo, (stante anni correctione) vel ex literis dominicalibus?

Significatum Tabellæ Cærei paschal s.

Cur in Tabella Cærei paschalis inscribūtur anni incarnationis, & natiuitatis Domini?

Inscriptio anni creationis mundi quid denotat?

Inscriptio indictionis, Cycli Solaris, Epacte, quid significat?

Cur scribuntur concurrētes?

Matth. 25.

Hebr. 4.

Numerus annorum transitus B Dominici cur scribitur in Cæreo paschali?

Concurrens quid sit.

Cur dicūtur concurrētes?

Quo-

Quomodo inueniendi sunt concurrentes. Cap. XXXIII.



Concurrentes ante anni correctionem duplici modo reperiebantur. Concurrẽtes post correctionẽ cur vnico tantum modo inueniendi?

VÆ sunt viæ ad inueniendum vniuscuiusque anni cõcurrentem. Prima ex Solari Cyclo. Secunda ex literis Dominicalibus. Hac nos nũc vtimur distinctione, causa correctionis anni. Nam ante correctionem, quamuis duplici quoque modo concurrens reperiebatur: nempe ex Solari Cyclo, & ex literis Dominicalibus: Cũ tamen eadem esset vtrobique operatio; Et post correctionem non sic; Vnico tantum modo concurrentes inuenire necessum est. Ratio adest, cum Solaris Cyclus non sit correctus: litera verò Dominicalis mutata. Et quia concurrentes literarum Dominicalium naturam potius sequi videntur, quam Cycli Solaris. Cum initialem feriam mensium singulis annis ostendant; Quod ex Dominicali litera oriri fas est: Hanc ob causam concurrentes potius literis Dominicalibus, quàm Solari Cyclo (stante anni correctione) meo quidem Iudicio inuestigandi sunt. Quod si quis ex Cyclo Solari concurrentes reperire voluerit, sciat ꝙ primus annus Cycli Solaris vnum habet concurrentem; Secundus duos: Tertius tres; Quartus quatuor: Quintus sex ob annum intercalarem. Sextus septem. Septimus vnum. Octauus duos. Nonus quatuor propter bisextum. Decimus quinque. Vndecimus sex. Duodecimus septem. Decimus tertius duos, ratione anni bissextilis. Decimus quartus, tres. Decimus quintus, quatuor: Decimus sextus, quinque: Decimus septimus, septem ob annum etiam intercalarem. Decimus octauus, vnum. Decimus nonus, duos. Vigesimus, tres. Vigesimus primus ob bisextum quinque. Vigesimus secundus, sex. Vigesimus tertius, septem. Vigesimus quartus, duos ob intercalarem annum. Vigesimus quintus, tres. Vigesimus sextus, quatuor. Vigesimus septimus, quinque. Vigesimus octauus, sex. Quo finito reuertitur iterum ad primum.

Modus inueniendi concurrentes ex cyclo Solari.

Literis verò Dominicalibus ita reperiuntur. Quando in Anno currit litera Dominicalis. A. concurrentes sunt sex. Quando B. Quinque. Quando C. Quatuor. Cum verò fuerit litera Dominicalis D. tres erunt concurrentes. Cum E. Duo. Cum F. Vnus. Cum G. septem erunt concurrentes. His duobus modis ante Gregorianam correctionem concurrentes inueniebantur, & eadem erat vtrobique operatio. At post decem dierum sublationem, diuersa erit operatio ob literarum Dominicalium mutationem. Nam si concurrentem anni 1590. scire cuperes iuxta Cycli Solaris naturam: Concurrentem tertium esse inuenies: Si autem iuxtà literarum Dominicalium rationem: Cum litera Dominicalis

Modus inueniendi concurrentes ex literis Dominicalibus.

Concurrẽtes post correctionem allo modo inueniendi.

Exemplum.

minicalis istius anni sit.G.(stante correctione Gregoriana)concurrens erit septimus. Sed si ex litera Dominicali iuxta annum antiquum concurrens inueniendus esset, si annus non fuisset correctus litera Dominicalis 1590.esset D.igitur & concurrens esset tertius. Modus quippe idem, quo iam ex Solari Cyclo concurrentem inuenimus. Habes igitur duplicem viam inueniendi concurrentes: Sed quam sequi te oporteat, explicauimus. Caterum, vt concurrentes facilè habeantur. Geminam subijcimus concurrentium Tabulam: Alteram cum Cyclo Solari, literis Dominicalibus, & annis Domini. Quæ ante decem dierum sublationem in vsu erat omniũ: Alteram verò cum annis Natiuitatis Domini, confirmationis ordinis, transitus Beati Dominici: cum Epacta, Concurrente, & Indictione iuxta anni recogniti rationem. Cui si addere volueris Dominicæ Incarnationis annos, obserua: quod cum Dominica Incarnatio octauo Calendas Aprilis facta fuerit: ipsaq. nouem præcisè mensibus Natiuitatem præcesserit (Nam & octauo Calẽdas Ianuarij natus est redemptor noster) euenit vt inter annos Natiuitatis,& Incarnationis: sit semper differentia nouem mensium. Igitur post Incarnationis diem anni Incarnationis vnitate semper præcedent annos Natiuitatis. Ita vt à Calendis Ianuarij vsque ad octauum Calendarum Aprilis ambo annorum decursus conueniant, ab octauo vero Calendas Aprilis vsque ad pridie Calẽdas Ianuarias annorum, Incarnationis decursus superat tantum vnitate (vt iam dictũ est) annos Natiuitatis. Exempla ob facilitatem consulto ommittimus. Cur autem & annos Incarnationis addendos (si placuerit) innuimus? Non nisi, quia in Italia multæ ciuitates Galliæ Cisalpinæ, & Tusciæ, Serenissima præsertim Venetorum Respublica, in in diplomatibus, literis, codicillis, testamentis, actibusq. similibus, vtuntur annis Incarnationis Domini. At si annos Creationis mundi inserere placuerit: est Tabula magni Cycli Hebræorum in primo distenta libro; In qua duplex annorum ordo Creationis mundi inspicitur, alter iuxta Hebræos: alter vero iuxta lucidum.

Duplex via inueniẽdi cõcurrentes.

Geminæ concurrentiũ Tabulæ.

Anni Incarnationis quo modo addendi?

TABVLA Concurrentium Antiqua.


ANNI DOMINI.	CYCLVS SOLIS.	CONCVRREN.	LITER ÆDOM.
1586	27	5	B
1587	28	6	A
1588	1	1	F
1589	2	2	E
1590	3	3	D
1591	4	4	C
1592	5	6	A
1593	6	7	G
1594	7	1	F
1595	8	2	E
1596	9	4	C
1597	10	5	D
1598	11	6	A
1599	12	7	G
1600	13	2	E
1601	14	3	D
1602	15	4	C
1603	16	5	B
1604	17	7	G
1605	18	1	F
1606	19	2	E
1607	20	3	D
1608	12	5	B
1609	22	6	A
1610	23	7	G
1611	24	2	E
1612	25	3	D
1613	26	4	C

TABVLA CONCVRRENTIVM noua, & eorum quæ ſcribuntur in Tabella Cæreo Paſchali affixa, iuxta conſuetudinẽ ordinis Fratrum Prædicatorum.

ANNI DOMINI.	CONFIR. ORD.	TRAN. D. DOM.	E P A C T Æ.	CONCVRREN.	INDICTIONES.
1590	374	369	24	7	3
1591	375	370	5	1	4
1592	376	371	16	3	5
1593	377	372	27	4	6
1594	378	373	8	5	7
1595	379	374	19	6	8
1596	380	375	1	1	9
1597	381	376	12	2	10
1598	382	377	23	3	11
1599	383	378	4	4	12
1600	384	379	15	6	13
1601	385	380	26	7	14
1602	386	381	7	1	15
1603	387	382	18	2	1
1604	388	383	29	4	2
1605	389	384	10	5	3
1606	390	385	21	6	4
1607	391	386	2	7	5
1608	392	387	13	2	6
1609	393	388	24	3	7
1610	394	389	5	4	8
1611	395	390	16	5	9
1612	396	391	27	7	10
1613	397	392	8	1	11
1614	398	393	19	2	12
1615	399	394	1	3	13
1616	400	395	12	5	14
1617	401	396	23	6	15

De in-

De intelligentia Tabulæ præcedentis, & vsu eius, Cap. XXXIIII.



NTELLIGENTIA Tabulæ præcedentis facilis est. Primo inferuntur anni Natiuitatis Domini. Secundo anni a cõfirmatione ordinis. Tertio anni transitus Beatissimi Dominici Patris nostri. Quarto numerus Epactarum: Qui decem, & nouem annorum spatio (vt supra de Epactis dictum est) completur: deinde ad primum denuo reuertitur. Quinto concurrentes: Qui annorum viginti & octo intercapedine absoluuntur, quorum spatio, Cyclus etiã solis perficitur: postmodum verò semper ad primum reuertitur. Vltimo loco ponuntur Indictiones. Igitur vsus prædictæ Tabulæ facillimus est. Sed exemplo res illustrior fiat. Volumus anno Domini 1591. in cæreo Paschali affigere tabellam cum annis Domini, confirmationis ordinis, & transitus Beati Dominici, cum Epactis, concurrentibus, & Indictionibus. In prima area tabulæ reperimus annos Domini. Et videmus correspondere anno 1591. annos ab ordinis confirmatione 375. à transitu Beati Dominici 370. Epactã 5. Concurrentem 1. Indictionem 4. In Tabella igitur Cæreo Paschali affigenda, omnia huiusmodi, hoc scribemus modo.

Exemplum.

In tabella cæreo Paschali affigenda, qd scribitur.

Anno à Natiuitate Domini.	MDXCI.
A Confirmatione Ordinis.	CCCLXXV.
A Transitu Beati Dominici.	CCCLXX.
Epacta.	V.
Concurrente.	I.
Indictione.	IIII.

Benedictus est Cæreus iste ad Honorem Domini Nostri Iesu Christi. Aliud non adducimus exemplum, cum futuris annis semper simili operandum erit modo. Num verò Tabula sit perpetua, vel temporaria procul dubio perpetua esse posset, præter numerum Epactalem: de quo suum proprium consule locum in hoc secundo libro. Verum quia literarum Dominicalium quoque naturam sequitur: quæ quidem ob decem dierum sublationem, ac ob trium bissextorum ommissionem singulis quadringentis annis, (vt supra tactum est) mutantur, atque mutabuntur, illæque haud perpetuo durabunt. Propterea nec concurrentium tabula perpetua erit. Quæ tamen ab anno 1700. perpetua confici poterit. Gratię igitur reddendæ sunt Deo bonorum omnium auctori, qui ad Colophonem hos duos de Neomenijs Salomonis libros perducere dignatus est: ipsi gloria in secula.

FINIS SECVNDI LIBRI.

SVMMA CAPITVM PRIMI LIBRI.

Tabu-

SVMMA CAPITVM SECVNDI LIBRI.

De

FINIS.

EGo Frater Thomas de Capua Sacræ Theologiæ Magister ord. Prædicatorum prouinciæ regni de obseruantia, vidi, legi, atque perlegi iussu superiorum illa diligentia qua potui, ac debui libros hos duos insignes, & maximo labore, atque subtili ingenio confectos de neomenijs Salomonis perpetuis, admodum R. P. Fratris Pauli Mineruæ Barensis eiusdem ordinis, & Prouinciæ acutissimi Lectoris; & nihil in eis inueni, quod sit sanctæ Romanæ, & orthodoxæ Ecclesiæ, Reipublicæ, aut bonis moribus aduersum: Quinimò iudico valde & illis, & legentibus vtiles fore, possunt igitur & debeant imprimi, & in fidem me subscripsi die 28. Ianuarij 1593.

Ita est Frater Thomas de Capua qui supra.

EGo F. Seraphinus de Nuceria, sacræ Theologiæ Magister ord. Prædicatorum Prouinciæ Regni de obseruantia: ex ordine, & Commissione A. R. P. Fratris Erasmi de Neap. sacræ Theologiæ Magistri, ac eiusdem Prouinciæ pro tempore Prouincialis meritissimi, quanta diligentia, cura, ac attentione potui, vidi, & perlegi totum opus hoc in duos libros distinctum à R. P. Fratre Paulo Minerua eiusdem ordinis & Prouinciæ lectore ingeniosissimo, ac doctissimo conscriptum, & editum: in quo quidem multarum vigiliarum, magnorumq. laborum vereq. aureo, ac nunquam satis laudato opere. Nihil inueni quod sanctæ Romanæ, ac vniuersali ecclesiæ repugnet, neque quod mores labefactet, aut pias aures offendat, quin potius quantum est totum pium, totum orthodoxum est, & nihil non sanum nihil non solidum, nihilq. non fidei consonum continet. Quæcunque enim ab authore miro ordine ac eleganti ingenio conscribuntur, grauissimis sententijs ac decretis, & sacrosanctis Concilijs diuina Scriptura, sacris doctoribus, priscis, recentioribus, Græcis, Latinis, ac Hebræis laboriosissimè decerptis confirmantur, stabiliunturque. Verum quod nobilissimum ac dignissimum opus hoc reddit, præter solidam doctrinam, tantisq. testimonijs firmatam, multarum sacræ Scripturæ authoritatum præclaras espositiones, mathematicarum rerum, multarumq. facultatum perpulchram eruditionem, Græcæ ac Hebraicæ linguæ intelligentiam, multarum hæresum impugnationes acutissimas quas simul cum copiosissimis indicibus capitulorum, materierum, pertractatuum, ac anthorum attestatorum nomina continet: Illud mihi videtur, quod simul nobilissimum subiectum, ac eius plenissimam eruditionem cunctis virtutum amatoribus tradit. Inscribitur enim opus hoc de Salomonis neomenijs perpetuis. quid enim altius, ac difficilius quam neomeniarum essentias ac quidditates speculari? quidve vtilius ac iucundius, quam earum causas, vsum, originem, necessitatemq. inuestigare ac addiscere, & tamen in his omnibus corporum cælestium dignitatem, creationis mundi tempus, hebræorum mensium annorumq. rationem, initium, ac quantitatem, ipsorum festa ac sacrificia, & huius generis multa diffusè, ac feliciter author dilucidat & conscribit, idq. in primo libro. In secundo autem de necessitate annuorum numero-

rum.

rum.de equinoctiorum anticipatione, de varia anni quantitate ac obseruatione validissimis rationibus anni correctionem iustam esse probans contra hæreticam prauitatem: ipsamq. ad Summum Pontificem pertinere, atque de multis alijs tum Theologicè, tum Physicè, tum Mathematicè digreditur: quæ omnia necdum iocunda, sed necessaria ita sunt, vt ab omnibus sciantur & memoriæ thesauro mandentur, vnde merito de libro hoc dicere possum, quod quidam Poeta de diuino Platone dicebat, hic vnus instar est omnium. Qua de re istis omnibus plane consideratis (vt cetera breuitati consultus dimictam) quæ in hoc opere stilo graui, copioso, ac illustri conscribuntur, explananturq. dignissimum in republica Christiana esse iudico, vt per eruditum, ac vtilissimum opus prelo mandetur, typis cudatur, in publicum prodeat, ac in omnibus studiorum manibus feratur. Dat. in Conuentu S. Dominici de Neap. die 9. mensis Ianuarij 1594.

Ego Frater Seraphinus de Nuceria Magister & Regens.

Frater Andreas à Cilento Theologus Episc. Vici vidit.
Reg. fol. 93.

Hieronymus Scarpatus Canonicus deputatus vidit.

Imprimatur.

Cæsar Cioffus Vicarius Generalis Aeq.

INDEX RERVM NOTABILIVM,

Quæ in h oc opere continentur.

D

Cano-

He-

H

Nu-

Pauli

T

In

INDICIS FINIS.

AVTHORES in prima Tabula non impreſsi.

Tertullianus
Daniel propheta
Philiphus de Vuinſperg.
Marcus Flauius Scriba.
Io. de Sacro boſco.
Cingius Sabinorum Rex.
Protherius.



HÆRETICI IN OPERE citati, qui in vniuerſum vel ſpeciatim reijciuntur, confutanturque.

Apollinaris.
Arrius.
Brentius.
Bucerus.
Caluinus.
Eraſmus Rothedoramus.
Ioannes Hus.
Ioannes Vuitclef.
Martinus Lutherus.
Michael Meſtlinus.
Nouatus.
Theobutes.
Valentinus.



AVTHOR CANDIDO
Lectori Salutem.

OBrepſerunt errores aliquot cum ex authoris abſentia & correctoris, tum quoque ex Typographi incuria (& ſi in hoc imprimendi genere impoſſibile ſit, vt omnia ad amuſſim occurrant.) Duo tamen diſplicent. Verborum aliquorum ab exemplari defectus ex Typographi inaduertentia emerſus: & punctorum, linearum, comarum, accentuum, parenteſum, periodorum, & ſimilium inuerſio, detractio, additio, confuſioq. ex erroribus quoſdam ſelegimus notatu dignos, quos priſtino candori ita reſtitues, vt numerus primæ Areæ pagellam indicet, ſecundæ verſus pagellæ, tertiæ errores, numerus vero quartæ correctionem; reliquos verò (ſi qui erunt) cum punctorum, linearum, comarum, accentuum, parenteſum, periodorum, & ſimilium tranſpoſitione iuditio tuo (Lector optime) correctioniq. relinquimus. Scimus quidem te non latere impreſſionis anguſtias. Vale.

Errata ſic corrigito.

Pag.	ver.	Error.	Correct.
3	8	quolibet	quodlibet
6	37	efficitur	afficitur
13	28	La-inè	Latini
22	28	verit	vertit
24	19	ſecundum	ſuum
26	34	Hebræis	Hebræi
29	34	ıuris	viris
31	20	exiſtebant	exiſterent
	26	profectos	profeſtos
	24	deeſt, feſtos	
32	9	præcedeatem	præcedētem
	12	ſignum	ſigni
46	4	luxuriaſq.	luxuriatq.
48	15	deeſt anni	
51	26	cuniculis	curriculis
53	30	Iſar	Iar
	38	ipſiuſq.	ipſiſq.
55	5	condita	conditu
	14	palum	palam
57	19	creſcerem	creſcerent
	20	germinarem	germinarent
	20	poſſet	poſſent
	31	adunationeſq.	adunationeq.
61	7	meritum	metitum
63	21	inſequatis	inſequuti
64	29	trigenis	tricenis

Pag.	ver.	Error.	Correct.
76	13	impudentiſſimus	imprudeptiſſ.
77	8	flauis	flauij
	19	deeſt, poſt	
	20	factum	tactum
		Hieroſolymitarum	Hieroſolymi- tanum
	31	ferocior	feracior
	32	Lactè & melle	lac, & mel
78	25	ſolemnitas	ſolemnitates
	37	dilectum	delectum
80	6	cum	eum
	8	iudicio	præiuditio
83	3	in doctrina	tum doctrina
85	22	vita	vim
	1	ſenem	ſeriem
92	14	ſepteni	ſeptem
100	26	ſequitut	ſequitur
116	24	exporſito	expoſito
157	36	partiendus è	partiendus eſt
158	9	qua epocha	quæ epochæ
161	2	vrino	vrini
242	1	deeſt, tum	
	2	iniuſtiaſq.	minutiaſq.
244	24	ſacroſancta	ſacroſanctæ
248	16	quæ	qui
	40	ſatue	fatue

quid

66	16 quid	qui	
	21 diuiniras	diuinitus	
67	24 ceræ	cætus	
68	1 numerum	num.	
	Deuteronomiũ	Deutero.	
	2 expiationem	expiationum	
	25 cibamentis	libamentis	
69	12 nominum	hominum	
70	16 lisamina	libamina	
	21 celebratam	celebratum	
73	3 & non	vt non	
	31 conditur	conditor	
75	3 intuebantur	intuebuntur	
	17 diximus	dicimus	
	17 qui	quòd	
217	5 deest, ob		
	20 ploratur	ploratu	
230	4 lyunde delendum ante nec, deest vnde		
238	5 venissimum	vetustissimum	
247	39 548	648	
256	37 Exoct.	Exod.	
262	21 obseruandæ	obseruanda	
275	13 naturaii	naturali	
301	23 sese	sede	
300	33 quis	qui	
307	33 perfecissa	perfecisse	
319	8 abno	anno	
324	30 luuario	lunatio	
326	38 Cassinensis	Cassinensi	

Pag. 11 In epist. ad Lectorem. vers. 11. fine corrige serie
Pag. 15 In argum. vers. 6. edidentes corrige edentes
vers. vltimo connectare corrige connectere.

REGESTVM.

a b c d.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr Sf Tt Vu Xx Yy.

Omnia sunt integra folia, præter Yy, quod est semifolium.

VICI AEQVENSIS,
Apud Io. Iacobum Carlinum, & Antonium Pacem.
M. D. IC.